

Flauii uegecii renati uiri illustris comitis episcopi
thoma institutorū rei militaris de comenariis
Augusti traiani Adriani necnō etiam frontini;

Primus liber electionem edocet iuniorū ex
quibus locis vel quales milites probandi sint /
aut quibus armis exercitus imbuendi.

Secundus liber veteris militie continet mo-
rem ad quē pedestris institui possit exercitus;

Tertius liber omnium artium genera que ter-
restri prelio necessaria videntur exponit;

Quartus vniuersas machinas . quibus vel
oppugnantur ciuitates / vel defenduntur enume-
rat. Naualis quoque belli precepta subnectit . In
omni autem prelio non tam multitudo et vir-
tus indocta / quam ars et exercitium solent prestare
victoriam;

PROLOGVS PRIMI LIBRI INCIPIIT FELICITER,

Antiquis temporibus mos fuit bonarum
artium studia mandare litteris / atque in libros
reducta offerre principibus. Quia neque recte as

liquid inchoatur nisi post deum fauerit impera-
 tor. neq̄ quenq̄ magis decet ! vel meliora scire
 vel plura q̄ principē ! cuius doctrina omnibus
 potest prodesse subiectis. quod octavianū augu-
 stū ac bonos dehinc principes libenter habuisse
 frequētibus declaretur exemplis. Sic regnanti-
 um testimoniis creuit eloquētia ! dū non culpa-
 tur audacia . Hac ergo imitatione cōpulsus dū
 considero clementiā vestram ausibus litterarū
 magis ignoscere posse q̄ ceteros ! tanto inferiore
 me antiquis scriptoribus esse vix sensi. Licet in
 hoc opusculo nec verborum continnitas sit ne-
 cessaria / nec acumen ingenii ! sed labor diligens
 ac fidelis. vt que per diuersos hystoricos vel ar-
 morū disciplinā ducētes dispersa et inuoluta ce-
 rantur ! pro vtilitate romana proferātur in me-
 dium. De delectu ergo atq; exercitacione tironū
 per quosdam gradus et titulos antiquā consue-
 tudinem conamur ostendere. non quo tibi impe-
 rator inuicte ista videātur incognita ! sed vt que
 sponte pro reipublice salute disponis ! agnoscas
 olim custodisse romani imperii conditores. et in
 hoc p̄ arduo bello quicquid de maximis rebus
 semperq; necessarius requirendū credis iuenias.
 Romanos omnes gentes sola armorum ex-

16 12 2
exercitatione vicisse. ¶ Capitulū primū.

NVlla alia re videmus populum romanū orbem subegisse terrarum nisi armorum exercicio disciplina castrorum vsu militie. quid enim aduersus gallorum multitudinem paucitas romana valuisset. Quid aduersus germanorum proceritatem breuitas potuisset audere. hylpanos quidem non tantum numero sed et viribus corporum nostris prestitisse manifestū est. Affrorum dolis atq; diuitiis semper impares fuimus. Grecorum artibus prudētiaq; nos vinci nemo dubitauit. Sed aduersus hec omnia profuit tironem soleritē eligere. vis vt ita dixerim armorū docere, disciplinā quotidiano exercitio roborare / quecūq; euenire in acie atq; in preliis possunt, omnia in campelstri meditatione prenoscere. seuerē indelides vindicare. Scientia enim rei bellice dimicandi mittit audaciam. Nemo facere metuit, quod se bene didicisse cognouit. Etenim in certamine bellorū exercitata paucitas ad victoriā promptior est: q̄ rudis et indocta multitudo exposita semper ad necem.

¶ Ex quibus regionibus tirones legendi sunt. ¶ Capitulum secundum.

Stau. 222

Utrum ordo deponat ut ex quibus provin-
ciis vel nationibus tirones legendi sint /
prima parte tradatur. Constat enim in omnibus
locis et ignavos et strenuos nasci. sed tamen et
gens gentē precedit in bello / et plaga celi. Non
ad robur ~~anni~~ corporum / sed etiam animorū plu-
rimum valet. Quo loco ea que a doctissimis ho-
minibus cōprobata sunt, non omittam. Omnes
nationes, que vicine sunt soli, nimio calore sicca-
tas amplius quidē sapere, sed minus habere san-
guinis dicunt, ac propterea constantiā ac fiduci-
am non habere cominus pugnandi / quia metui-
unt vulnera qui exiguū sanguinē se habere no-
uerunt. Contra / septētrionales populi remoti a
solis ardoribus / inconsultiores quidē / sed tamē
largo sanguine redundantes, sunt ad bella prōp-
tissimi. Tirones igitur de temperatioribus legē-
di sunt plagis / quibus et copia sanguinis suppe-
tat ad vulnerū mortisq; contemptū. et non pos-
sit deesse prudentia, que modestiā seruat in ca-
stris, et non parum prodest in dimicatione con-
silium.

Utrum ex agris an ex urbibus utiliores sint
tirones.

Capitulum tertium;

Sequitur utrū de agris, an de urbibus utili
 or sit tiro requiramus. De quā parte nūq̄
 credo potuisse dubitari / aptiorem armis rusticā
 plebem. que sub diuo et in labore nutritur / so-
 lis patiens / umbre negligens / balnearū nescia /
 deliciarū ignara / simplicis animi / paruo conten-
 ta / duratis ad omnem laborum tolerantia mem-
 bris. Cui gestare ferrū / fossā ducere / onus ferre
 consuetudo de rure. Interdū tamē necessitas exi-
 git. etiā urbanos ad bella cōpelli / qui vbi nomen
 dedere milicie / primū laborare / decurrere / por-
 tare pondus / et solem puluerēq; ferre condiscāt.
 Parco victu vtantur. et rustico. interdū sub di-
 uo / interdū sub papionibus comorētur. Tūc de
 mū ad vsū erudiantur armorū. et si longior ex-
 peditio emergit in agrariis plurimū detinendi
 sunt / proculq; habendi a ciuilibus illecebris. vt
 eo modo et corporibus eorum robur accedat et
 animis. Nec inficiendū est post urbē conditā ro-
 manos ex ciuitate profectos ad bellū sēper / sed
 tunc nullis voluptatibus / nullis deliciis frāge-
 bātur. sudorē cursu et campestri exercitio colle-
 ctū natās Iuuetus abluibat in tiberi. Idē bella-
 tor. idē agricola. genera tantū mutabat armorū
 Quod vsq; adeo verū est / vt aranti quintio cin-

Flav. Veg.

einato dictaturam constet oblatam. Ex agris er-
go supplendum robur precipue videtur exerci-
tus. Nescio enim quo modo minus timet mors-
tem, qui nimis deliciarum nouit in vita.

¶ Cuius etatis tirores probandi sint.

¶ Capitulum quartum.

Nunc qua etate milites legi conueniat ex-
ploremus. Et quidem si antiqua consue-
tudo seruanda est / incipientem pubertatem ad
delectum cogendum nullus ignorat. Non enim
tantum celerius / sed etiam perfectius imbibun-
tur. que discuntur a pueris. deinde militaris ala-
critas / saltus et cursus ante temptandus est / quod
corpus etate pigrescat. Velocitas enim est que per
cepto exercitio strennuum efficit bellatorem. adole-
scentes legendi sunt sicut ait Salustius. Nam si-
mul ac iuuenis belli paciens erat in castris. per
laboris usum miliciam discabant. Melius enim est ut
exercitatus iuuenis causetur etatem non dum
aduenisse pugnandi / quam doleat preterisse. habet
etiam spacium. vniuersa discendi. Neque enim parua
aut leuis ars videtur armorum. siue equitem si-
ue peditem, sagittarium. ve velis imbuere. siue
scutatam armature numeros omnes. omnesque
gestus docere. ne locum deserat. ne ordines turbae

vt missile et destinato ictu et magnis viribus iaciat. vt fossā ducere. sudas sciēter figere nouerit / tractare scutū / et obliquis ictibus uenientia tela deflectere / plagā prudēter vitare / audacter inferre. Huic taliter instituto tironi pugnare aduersum quoslibet hostes in acie formido nō est sed voluptas.

¶ Qua statura iuniores probandi sint. ca. v.

A Roceritatē tironū a consule mario scito lēper exactā, ita vt senos pedes vel etiā quinque et denas uncias se3 habentes inter alacres equites vel in primis legionū cohortibus probarentur. Sed tūc erat āplior multitudo et plures miliciā sequebātur armatura / nec dū enī ciuilis pars florentiorē abduxerat iuuentutē. Si ergo necessitas exegerit non tam stature rationē conuenit habere, q̄ viriū. Et ipso homero telte non fallimur, qui tidedū minorē quidem. corpore sed fortiozem armis fuisse significat.

¶ Ex vultu, ex positione corporis agnosci in eligendo qui meliores possint esse tirones.

¶ Capitulum sextum.

El qui delectū acturus est, vehēter intendat: vt ex vultu, ex oculis / ex oī conformatione mēbrorū eos eligat, qui implere valeāt of

De
II
ficiū bellatoris. Namq; non tantum in homini-
bus / sed etiam in equis et canibus virtus mili-
tis declaratur iudiciis / sicut doctissimorū homi-
num disciplina comprehendit. quod etiam in a-
pibus mantuanus autor dicit esse seruandum.
Nam duo sunt genera hic melior insignis et ore
et rutilis clarus squamis ille horridus alter desi-
dia latamq; trahens inglorius aluum. Sic ergo
adolescens marcio operi deputandus vigilantis-
bus oculis / erecta ceruice / lato pectore / humeris
mulculosis / digitis valentibus / brachiis longio-
ribus / ventre modicus / exilior cruribus / suris
et pedibus non superflua carne distentis sed ner-
uorū duricia collectis. Cum hec in tirone signa
deprehēderis / proceritatē nō magnopere deside-
res. vtilius enī est fortes milites esse q̄ grades

Cuius artis tirones vel eligendi sint vel re-
spuendi.

Capitulū septimū.

Sequitur vt cuius artis vel eligēdi vel pe-
nitus repudiādi sint milites indagemus
pilcatores / aucupes / dulcarios / līteones / omēsq;
qui aliquid tractasse videbūtur ad genecia perti-
nens / longe arbitror pellendos a castris. fabros
ferrarios / carpentarios / macellarios / et ceruo-
rum aprorūq; venatores cōuenit sociari milite

216
S.

Et hoc est in quo totius reipublice salus vertitur
ut tirones non tantum corporibus sed etiam ani-
mis prestantissimis eligantur. vires regni et ro-
mani nominis fundamentum in prima delectus
examinacione consistunt. Nec leue hoc putetur
officium aut passim quibuscumque mandandum. quod
apud veteres inter tam varia genera virtutum in
sertorio precipue constat esse laudatum. Iuuetus
enim cui defensio prouinciarum cui committenda est
bellorum fortuna et genere si copia suppetat et
inoribus debet excellere. honestas enim ydoneum
militem reddit. verecundia dum prohibet sugere
facit esse victorem. Quid enim prodest si exerceat
ignauus si pluribus stipendiis moretur in ca-
stris. Nunquam exercitus profecit tempore cuius
in probandis tironibus claudicavit electio. Et
quantum vltu experimentisque cognouimus, hinc
tot ubique ab hostibus illate sunt clades: dum ma-
gna pax militem incuriosius legit. dum honesti-
ores quique ciuilia sectantur officia. dum indicti
possessoribus tirones per gratiam aut dissimulas-
tionem probantium tales sociantur armis: quales
domini habere fastidiunt. Magnis ergo viris
magnaque diligentia ydoneos eligi conuenit iuni-
ores.

Quando tirones signandi sint. **Ca. viii.**

Sed non statim punctis signorū inscriberis
dus est tiro delectus ! verū ante exercitio
pretemptādus ! vt vtrum vere fāto operi aptus
sit possit agnosci. Et velocitas in illo requirenda
videtur et robur. et vtrum armorum disciplinā
adiscere valeat. vtrum habeat condecēciā milita-
rem. Pleriq; enim quibus non improbables vide-
antur specie ! tamen experimentis cōprobantur
indigni. Repudiandi ergo minus vtilis ! et in lo-
cum eorum strennuissimi surrogandi sunt. In
omni enim conflictu non tam prodest multitu-
do quā virtus. Signatis itaq; tironibus per quoti-
diana exercitia armorum est demonstranda do-
ctrina. Sed huius rei vsum dissimulatio longe
securitatis aboleuit. quem inuenies qui docere
possit quod ipse non didicit. De historiis ergo
et libris nobis antiqua consuetudo repetēda est.
Sed illi res gestas et euentus tantum scripsere
bellorū. Ista que nūc querimus tanquā nota lin-
quentes. Lacedemonii quidē et athenienses ali-
isq; grecorum in libris retulere complura que
tactica vocant. Sed nos disciplinā populi roma-
ni debemus inquirere. qui ex parvissimis finis-
bus imperiū suū pene solis regionibus et mūdi

216. 1. 6.
ipſius ſine diſtendit. hec neceſſitas cōpulit euo-
lutis autoribus ea me in hoc opusculo fideliffi-
me dicere. que catho ille cenſorius de diſciplina
militari ſcripſit. que cornelius ceſuſq; fronti-
nus preſtringenda duxerunt. que paternus dili-
gentiffimus iuris militaris aſſertor in libros re-
degit. que in auguſti traiani adrianiq; conſtituci-
onibus cauta ſunt. Nichil enī michi autoritatis
aſſumo. ſed horū quos ſupra retuli que diſper-
ſa ſunt velut in ordinē epithoma conſcribo.

¶ Ad gradum militare et curſum et ſaltum
exercendos tirones. ¶ Capitulū nonum.

DRimis ergo meditationū auſpicul tirones
militarem edocēdi ſunt gradū. Nichil enī
magis in itinere vel in acie cuſtodiendū eſt: q̄ vt
omnes milites incedendi ordinē ſeruent. quod
aliter fieri non poteſt niſi aſſiduo exercitio am-
bulare celeriter et equaliter diſcant. Periculum
enī hoſtibus ſepe grauiffimū ſuſtinet diuiſus et
iordinatus exercitus. Militari ergo gradu vigin-
ti milia paſſuū horis quinq; duntaxat eſtius cō-
ficienda ſunt. Pleno autē gradu. qui citacione eſt:
totidem horis. xxiiii. milia peragēda ſunt: quic-
quid addideris. iam curſus eſt. cuius ſpaciū non
poteſt diſſiniri. Sed et curſu precipue aſſuefaci

St. V. 11
endi sunt iuniores vt maiore impetu in hostes
procurant, vt loca oportuna celeriter, cum vsus
aduenerit, occupent / vel aduersarius idem facere
volentibus preoccupent. vt ad explorandū ala-
criter pergant / alacrius redeant / vt fugienciū fa-
cilius terga comprehendant. Ad saltū etiā, quo
vel fosse transiliūtur / vel impediens aliqua altu-
tudo superatur / exercēdus est miles. vt cū eius-
modo difficultates aduenerint / possint sine labo-
re transire. Preterea in ipso conflictu ac dimica-
tione teloru. n. bellator cum cursu saltuq; ve-
niens aduersariū perstringit oculos / mentēq;
deterret / priusq; plagam infligit, q̄ ille ad cauen-
dum vel ad resistendū certe se preparat. De exer-
citio gnei pōpei magni Salustius memorat, cū
alacribus saltu, cum velocibus cursu / cū validis
vecte certabat. Neq; enī ille alter potuisset par-
esse fertorio, nisi seq; et milites frequētibus exer-
citiis preparasset ad prelia.

¶ Ad vsu in natandi exercendos tirones. ca. x.
Natandi vsu estiuis mensibus omnes
dequaliter debet tiro condiscere. Non enim
semper flumina pontibus transeūtur / sed et ce-
dens et insequens cogitur natate exercitū. Se-
pe repētinis imbribus vel niuib; solent ex vi

20 1. 7
dare torrentes. et ignorantia non solū ab hoste
sed etiam ab ipsis aquis discrimen incurrit. Ide
oq; romani veteres quos tot bella et cōtinua pe-
ricula ad omnē rei militaris erudiuerāt artē, cā-
pum marciū vicinū tiberi delegerūt / in quo. Iu-
uentus post exercitiū armorū / sudorē puluerēq;
dilueret / ac lassitudinē cursus natandi labore de-
poneret. Non solū autē pedites sed et equites ip-
sosq; equos, vel hipas, quos galiarios vocāt, ad na-
tandū exercere perquirendū est / ne quid imperi-
tis cū necessitas incumbit eueniat.

Quemadmodū ad scuta viminea vel ad pa-
los antiqui exercebant tirones. ca. xi.

ANtiqui sicut inuenitur in libris hoc genē-
re exercere tirones. Scuta de vimine in
modū cratiū corrotūdata tenebāt / vt duplū pō-
dus cratis haberet. quā scutū publicū habere cō-
suevit. Itemq; clauas ligneas duplicis eque pō-
deris pro gladius tironibus dabant. eoq; modo
nō tantū mane / sed etiā post meridiē exerceban-
tur ad palū. palorū enī vsus non solū militibus
sed etiā gladiatoribus plurimū prodest / nec vn-
q; aut arena aut campus inuictū armis virum
probauit / nisi qui diligenter exercitatus doceba-
tur ad palum. ¶ singulis autē tironibus singuli

§ *ca. xii.*
pali defigebātur in terra! ita vt mutare non pos-
sent et sex pedibus eminent. Contra illū palū
tanq̃ contra aduersariū tiro cū crate illa z claua
velut cū gladio se exercebat! et scuto vt nūc qua-
si caput aut faciē peteret! nūc a lateribus mina-
retur! interdū confēderet poplices! et crura succi-
dere assultaret! insiliret! quasi presentē aduersa-
riū! sic palum omni impetu omni bellandi arte
temptaret. In qua meditatione seruabatur illa
cautela! vt tiro ad inferendū vulnus insurgeret
ne qua parte peteretur ipse ad plagam;

Non celim sed pūctim ferire docendos tirones

D Reterea non celim sed pūctim ca. xii.
ferire discebant. Nam celim pugnātes nō
solū facile vicerē sed etiā deridere romani. Cesa
enī, quouis impetu veniat, non frequēter interfa-
cit, cū et armis vitalia defendātur et ossibus. At
contra puncta duas vncias adacta mortalis est.
Necesse est enī vt vitalia penetret quicquid im-
mergitur. Deinde dū cesa infertur, brachiū dex-
trum latusq̃ nudatur. Puncta autē recto corpo-
re infertur! et aduersariū lauciat, anteq̃ videat.
Ideoq̃ ad dimicandū hoc precipue genere vsos
esse constat romanos. Dupli autē ponderis illa
cratis et claua ideo dabantur! vt cū verā et leuio

Lib. 1. I
8
ra tiro arma sumpsisset: velut grauiore pondere
liberatus, securior alacriorq; pugnaret.

Armaturam docendos tirones. ca. xiii.

DReterea, illo exercitii genere quod arma-
turam vocant: et campi ductoribus tradi-
tur: imbuendus est tiro, qui vsus ex parte ser-
uatur. Constat enī etiā nūc in omnibus preliis
armatura melius pugnare q̄ ceteros. Ex quo in-
telligi debet quantū exercitatus miles in exerci-
tato sit melior, cū armatura: vt cunq; eruditi re-
liquos contubernales suos bellandi arte prece-
dant. Ita autē seuerē apud maiores exercitii disci-
plina seruata est: vt et doctores armorū duplici-
bus remunerarentur annona: et milites qui pa-
rū in illa perlusione perfecerant, pro frumēto
ordeum cogerentur accipere. nec antē eis in tri-
tico redderetur annona. quā sub presentia pre-
fecti legionibus tribunorū vel principū experi-
mentis datis ostendissent se omnia, que erant in
militari arte, complere. Nichil enī neq; firmiss
neq; felicius: neq; laudabilius est republica: in
qua abundāt milites eruditi. Non enī vestiū ni-
tor: vel auri: vel argēti gēmarūq; copie: hostes
ad reuerentiā nostrā aut ad grātiā inclinant: sed
solo terrore subiguntur armorū. Deinde malus

Handwritten title in red ink: "De Tiro Vero"

rebus sicut ait Catho. Siquidē peccatū est! potest postmodū corrigi. preliorū delicta emendationē non recipiūt. cū pena statim sequatur errorem. Nam aut confestim pereunt qui ignaue imperiteq; pugnaverūt / aut in fugā versū victoribus vltra pares esse non audent;

Tirones exercēdos ad missilia iaciendo. ca. xiiii

Ed ad inceptū reuertor. tiro qui cū claus exercetur ad palū / hastilia quoq; ponderis grauioris q̄ vera futura sint iacula, aduersū illū palū tanq̄ aduersū hominē iactare compellitur. In qua re armorū doctor attendit, vt magnis viribus hastile cōtorqueat vt destinato ictu vel in palū vel iuxta dirigat missile. Secūdo enī exercitio et laceratis robur accrescit / et iaculādi pericia atq; vsus acquiritur;

Sagittis diligēter tirones imbuendos. ca. xv

Ed prope tertia vel quarta pars iuniorū! que aptior potuerit reperiri, arcubus ligneis sagittisq; lusoriis illos ipsos exercenda est semper ad palos, et doctores ad hanc rem artifices eligendi! et maior adhibenda solertia! vt arcum scienter teneant / vt fortiter impleant / vt sinistra fixa sit / vt dextra cū ratione ducatur! vt ad illud quod feriendū est oculus pariter et ani

216. I
9
mus consentiat! vt siue in equos siue in terrā re-
ctum sagittare doceāt. quā artē et disci opus est
diligēter! et quottidiano vsu exercitioq; seruari.
Quantū aut̄ utilitatis boni sagittarij in prelijs
habeant! et Catho in libris de disciplina milita-
ri euidenter ostendit. et Claudius pluribus iacu-
latoribus institutis atq; perdoctis hostē cui pri-
us impar fuerat! superauit. Africanus quidē
Scipio cū aduersū numātinōs, qui exercitus po-
pulū romanū sub iugum miserāt, esset acie cer-
taturus, aliter se superiorē esse futurū non credi-
dit! nisi in omnibus centurijs lectos sagittarios
miscuisset fundis.

Ad iactandos lapides fundis exercendos ti-
rones. . . . Capitulum .xvi.

Ad lapides vero vel manibus! vel fundis
iaciendos exerceri diligenter cōuenit iuni-
ores! fundarū vsū primi balearū insularū habi-
tatores! et inuenisse et ita perite exercuisse dicū-
tur vt matres paruos filios nullū cibū contin-
gere sinerent! nisi quē ex funda destinato lapi-
de percussisset. Sēpe enī aduersū bellatores cas-
sidibus catafractis loriciq; munitos. teretes la-
pides de funda vel sustibalo destinati! sagittis
sunt omnibus grauiores! cū mēbris integris le-

St Pauli

tale tamen vulnus importāt / et sine inuidia san-
guinis hostis lapidis ictu intereat. In omnibus
aut veterū preliis funditores militasse nullus i-
gnorat. que res ideo ab vniuersis tironibus fre-
quenti exercitio discenda est / quia fundā portā-
re nullus est labor / et interdū euenit vt in locis
lapidosis conflictus habeatur / vt aut mons sit a-
liquis defendendus aut collis / et oppugnatione
castellorū siue ciuitatū lapidibus barbari sūcūf
q̄ sunt pellendi.

De exercitio plumbatarum. ca. xvii.

Plumbatarū quoq̄ exercitacio quos marci
obarbuloſ vocant tradenda est iunioribus
Nam in illirico dudū due legiones fuerūt que
sena milia militū habuerūt qui ex his telis sciē-
ter vtebātur et fortiter marciobarbuloſ vocabāt
Per hos longo tempore strēnuissime cōstat oia
bella esse confecta vsq̄ eo vt dioclecianus et ma-
ximianus cū ad imperiū peruenissent pro meri-
to virtutis hos marciobarbuloſ iouinianos atq̄
herculianos censuerūt appellandos. eosq̄ cūctis
legionibus pretulisse doceantur. Quinos autez
marciobarbuloſ insertos in scutis portare con-
sueuerūt / quos si opportune milites iactēt pro-
pe sagittariorū scutati imitati videntur officii.

lib. 1.

Nam hostes equosq; consauciant priusq; nō mo-
do ad manū! sed ad ictū. missibiliū potuerit per-
ueniri? Quamadmōdū ad ascen-
dendos equos tirones exercendi sunt. ca. xviii.

X On tantū aut a tironibus! sed etiā a stipē
diolis militibus salitio equorū districte sē
per est exacta quē vsū vsq; ad hanc etatem (li-
cet iam cum dissimulatione) peruenisse manife-
stum est. Equi lignei hyeme sub tecto! estate po-
nebantur in campo. supra hos iuniores primo
inermes. dū consuetudo proficeret. demū armati
cogebantur ascendere. tantaq; cura erat vt nō so-
lum a dextris sed etiā a sinistris partibus īsilire
et desilire. condiscerent. euaginos etiā glādios
vel contos tenētes. hoc enī assidua meditacione
faciebant! scilicet. vt in tumultu prelii sine mo-
ra ascenderent qui tam studiose exercebātur in
pace? (ca. xix.

Ad portandum pondus exercendos tirones.
Pondus quoq; baiulare vsq; ad sexagīta li-
bras. et iter facere gradū militari frequē-
tissime cogendi sunt iuniores quibus li in ardu-
is expeditiōibus necessitas iminet ānonā pari-
ter et arma portent. Nec hoc credatur esse diffi-
cile si vsq; accesserit. Nichil enī est quod non af-

si dua meditatio facillimū reddat. quā rē anti-
quos milites factitauisse Virgilio ipso teste co-
gnouimus qui ait. Non secus ac patris acer ro-
manus in armis. Inuicto sub falce viā non car-
pit et hostem. ante expectatū positū stat in agni-
ue castris;

Quo armorū genere vsi sunt antiqui. ca. xx.

Locus exigit vt quo armorū genere vel in-
struendi vel muniendi sint tirones refer-
re temptemus. sed in hac parte antiqua consue-
tudo penitus deleta est. Nam licet exemplo go-
thorū alandarū hunorūq; equitū arma perfecterit
pedites constat esse nudatos. Ab vrbe enī condi-
ta vsq; ad tempus diuī graciā et catafractis et ga-
leis muniebatur pedestris exercitus. sed cū can-
pelstris exercitatio interueniente negligētia desi-
diāq; cessaret / grauiāq; arma videri ceperūt que
raro milites induebant. Itaq; ab imperatore pos-
tulant primo cathafractas demū cassides sedere
fundere sic detectis pectoribus et capitibus con-
gressi contra gothos milites nostri multitudine
sagittariorū sepe deleti sunt / nec post tot clades
que vsq; ad tantarū vrbiū excidia peruenerunt /
cuiq; cure fuit vel cathafractas vel galeas pede-
stribus reddere. Ita fit vt non de pugna sed de

316. 1. 11.
fuga cogitent quoniam in acie nudi exponuntur ad
vulnera. Quid enim pedes sagittarius sine cata-
fracta sine galea qui cum arcu scutum tenere
non potest faciat? quid ipsi draconarii atque signi-
feri qui sinistra manu hastas gubernant in pre-
lio faciant? quorum et capita nuda constat et pe-
ctora. Si grauis pediti lorica videtur et galea /
fortasse raro meditantur / fortasse raro arma tra-
ctantur / ceterum quotidianus usus non laborat e-
tiam si honorosa gustauerit. Si illi qui laborem
importandis veteribus munimentis armorum ferre
non possunt defectis corporibus et vulnera sustine-
re coguntur et mortem / et quod est grauis aut
capi aut certe fugere et rempublicam prodere.
sic dum exercitia laboremque declinant cum maxi-
mo dedecore trucidantur / ut pecudes. vnde enim
apud antiquos murus dicebatur pedestris exer-
citus / nisi quod pilate legiones preter scuta etiam cata-
fractis galeisque fulgebant. usque eo ut sagittarii
sinistra brachia manicis munitur. pedites autem
scutati preter catafractas et galeas etiam ferreas
ocreas in dextris cruribus cogerentur accipere. sic
erant muniti illi qui in prima acie pugnae principes
in secunda hastati / in tertia triarii vocabuntur.

St. Louis Ves.

Sed triarii genibus positis solebant inter scuta
subsistere / ne stantes vulnerarentur venientibus
telis / et cum necessitas postulasset / tanquam requieti
vehementius inuaderent hostes . a quibus constat
sepe factam esse victoriam cum haerenti illi et qui prio-
res steterant interissent . Erant tamen apud vete-
res inter pedites qui dicebantur leuis armature
funditores et ferentarii qui precipue in corni-
bus locabantur / et a quibus pugnandi sumeba-
tur exordium . Sed hii et velocissimi et exercita-
tissimi legebantur . Nec erant admodum multi
qui sedentes si prelii necessitas compulisset in
principia legionum recipi solebant / ita ut acies im-
mota consisteret usque ad presentem quoque etatem
consuetudo permanlit ut omnes milites pileis
quos pannonicos vocant ex pellibus uterentur
Quod propterea seruabatur ne grauis galea vide-
retur in prelio homini qui gestabat aliquid sem-
per in capite . Missilia autem quibus utebatur
pedestris exercitus pila vocabantur ferro sub-
tili trigono prefixa unciarum nouem siue pedali
quod in scuto fixum non potest abscindi et lori-
cam scienter ac fortiter facile perumpit . Cuius
generis apud nos iam rara sunt tela . Barba-
ri autem scutati pedites his precipue utuntur

12
316
I
quas brebras vocant. / et binas etiā vel trinas in
preliis portant. Sciendū est preterea cum mil-
libilibus agitur sinistros pedes in ante milites
habere deberēt. Ita enī vibrandis spiculis vehē-
mentior ictus est / sed cum ad pilam vt appellāt
venitur et manu ad manū gladiis pugnatur tūc
dextros pedes in ante milites habere debent vt
et latera eorū subducantur ab hostibus ne pos-
sint vulnus accipere. Et proxior dextra sit que
plagam possit inferre. Instruēdos igitur ac pro-
tegendos omni arte pugnandi quocūq; antiquo
rum armorū genere constat esse tirones. neces-
se est enī vt dimicādi acriorem sumat audaciam
qui munito capite vel pectore nō timet vulnus;

De munitione caltrorum; ca. XXI.

Qaltrorum quoq; munitione debet tiro cō-
discere. nichil enī neq; tam salutare neq; tā
necessariū inueitur in bello. quippe si recte cōsti-
tuta sunt castra ita interualla securi milites dies
noctesq; pergūt etiā si hostis oblideat / quasi mu-
rata ciuitatē videātur secū vbiq; portare. s; huius
rei sciētia prorsus intercidit. nemo. n. iā diu dedu-
ctis fossis prefixisq; ludibus castra constituit.
Sic diurno vel nocturno superuētū equitū bar-
barorū mltōs exercitō scimo frequēter afflictos

De castris

Non solū autē confidētes sine castris ista paciū-
tur! sed cum in acie casu aliquo ceperint cedere
munimēta castrorū quo se recipiant non habēt
et more animalīū multi cadūt. Nec prius mori
endi finis sit q̄ hostis voluntas defuerit perse-
quendi;

In quibus locis cōstituenda sint castra. ca. xxii.

Castra autē presertim hoste vicino tutō sē-
per faciēda sūt loco / vt tamē lignorū et pa-
buli et aque suppetat copia / et si diucius cōmo-
randū sit loci salubritas eligatur. Cauendum
etiā ne mons sit vicinus aut altior qm̄ ab aduer-
sariis captus possit proficere. Considerandū est
ne torrētib⁹ cāpus cōsueuerit iundare et hoc ca-
su vim paciatur exercitus. Pro numero autē mi-
litū vel impedimentorū muniēda sūt castra ne ma-
ior multitudo cōstipetur in paruis ne ve pauci-
tas ī laciōribus vltra q̄ oportet cogatur extēdi
Quali spē castra declināda sint. ca. xxiii.

Interdū autē quadrata interdū trigona interdū
semirotda! prout loci qualitas aut necitas
postulauerit castra faciēda sūt. porta autē que ap-
pellatur pretoria aut oriētez spctāre dēt aut illū
locū qui ad hostes respicit. aut si iter agitur illā
partē dēt atēdere ad quā ē profectur⁹ exercitus

Inter quam prime centurie hoc est cohortes pa-
piones tendunt et dracones et signa constituunt
Decumana autem porta que appellatur post pre-
toriam est per quam delinquentes milites educun-
tur ad penam;

¶ Quo genere munienda sunt castra. ca. xxiiii.

Quorum autem diuersa triplexque municio
est. Nam si nimia necessitas non premit
celsities circumciduntur e terra / et ex his velut
murus instruitur altus tribus pedibus supra ter-
ram / ita ut in ante sit fossa de qua leuati sunt ces-
pites. Deinde tumultuaria fossa sit lata pedes ix.
et alta pedes vii. sed nisi vis acrior iminet ho-
stium legitima tunc fossa ambitum conuenit munire ca-
strorum ita ut xii. pedes lata sit et alta sublimitas
sicut appellant pedes noue. Supra autem sepibus
hinc inde factis que de fossa egesta fuerit terra
congeritur et crescit in altum quatuor pedes / sic
fit ut sit xiiii. pedibus alta et xii. lata supra qua
sudes de lignis fortissimis quas milites portare
consueuerant prefiguntur. Ad quod opus legi-
ones / palas / rastra qualos aliaque utensilia gene-
ra habere conuenit semper in promptu;

¶ Quemadmodum munienda sint castra cum
hostis immineat; ca. xxv.

Sed facile est absentibus aduersariis castra munire! verū si hostis nūcupat tūc omēs equites et media pars peditū ad propulsandū īpetū ordinatur in acie. reliqui post ipsos ductis fossis muniunt castra. et per preconē indicatur que centuria prima. que secūda. que tertia. donec opns omē cōpleuerit. Post hoc a cēturionibus fossa inspicitur ac mensuratur et vindicatur in eos qui negligentius fuerint operati. Ad hūc ergo vsum instituendus est tiro vt cum necessitas postulauerit sine perturbatione et celeriter et caute possit castra munire;

¶ Quemadmodū exercentur tirones vt in acie ordines et interualla custodiant. ca. xxvi.

Nihil magis prodesse constat in pugna q̄ vt assiduo exercitio milites in acie dispositos ordines seruent nec vbi contra quā expedit/ aut conglobent agrū aut laxent. Nam et constipati perdunt spacia pugnādi et sibi inuicem impedimento sunt sic et rariores atq; interducentes aditum perrumpi hostibus prestant. Necessē est autē statim metu vniuersa confundi/ si intercisa acie ad dunicantiū terga hostis accesserit. Producenti ergo tirones sunt semper ad campum et secundū matricule ordinē in acie dirigē-

di. ita vt primo simplex extēsa sit acies ne quos
 sinus ne qua habeat curuaturas vt equali legit-
 timoq; spacio miles distet a milite. tunc precipiē
 dū vt subito duplicē acie ita vt in ipso ipetu is
 ad quē respondere solent ordo seruetur. Tertio
 precipiendū vt quadratā acie repēte constituāt.
 quo facto in trigonū quē cuneū vocāt acies ipsa
 mutāda est / que ordinatio plurimū prodesse cō-
 suevit in bello. Iubetur etiaz vt instruat orbes
 quō genere cū vis hostiū interruperit acie resi-
 sti ab exercitatis militibus consuevit. ne omnis
 multitudo fundatur in fugā et graue discrimen
 imineat. Nec si iuniores assidua meditaciōe per-
 ceperint facilius in ipsa dimicacione seruabunt.
Quantū spaciū ire vel redire debeāt vel quo-
 tiēs in mēse exerceri cū educūtur milites am-

D Reterea et vetus cō- bulatū. ca. xxvii.
 fuetudo permāsit et diui augusti atq; adri-
 ani cōstitutōibus precauetur vt ter in mēse tam
 equites tā pedites educātur ābulatū. hoc enī ver-
 bo. hoc exercitu genus noiatur decē milia passu-
 um armati instructiq; omnibus telis pedites mi-
 litario gradu ac redire iubebātur in castra ita vt
 aliquā itineris partē cursu alacriore conficerēt.
 Equites quoq; diuisi per turmas armatiq; simili

ter tantū itineris peragebant ita vt ad equestrē
 meditationē interdum sequantur interdū cedāt
 et recurſu quodā impetus temperent. Non ſolū
 autē in campis / ſed etiam in cliuoſis et arduis
 locis et deſcendere et aſcendere vtraq; acies coge
 batur vt nulla res vel caſus prorsus pugnantibus
 poſſet accidere quam niſi antē boni milites
 aſſidua exercitacione didiciſſent;

De adhortatione rei militaris rationeque virtu
 tis; **Capitulū .xxviii.**

Hec fidei ac deuotionis intuitu imparator
 Diuicte de vniuerſis autoribus qui rei mi
 litaris diſciplinā litteris mandauerunt in hunc
 libellum enucleata congeſſi vt in delectu atq; ex
 ercitacione tironū ſi quis diligens velit exiſtere
 ad antiquā virtutis imutacionē facile corrobora
 re poſſit exercitiū . Neq; enī degenerauit in omī
 bus martius calor nec effete ſunt terre que ſace
 demonios / que athenieſes / que moeſos / que ſan
 nites / que pelignos / que ipſos progenuere ro
 manos. Nōne epiros armis plurimū aliquādo va
 luerūt nōne macedones et teſali ſuperatis par
 ſis vſq; ad indiā bellādo penetrarūt dacos autē et
 moeſos itantū bellicosos ſēper fuiſſe manifeſtū
 eſt vt ipſū martem fabule apud eos natum eſſe

Lib. 1. I
 confirmēt. Britannos vero Iuliū cesarē bis vi-
 cisse in littoribus suis manifestū est. Longū est
 si vniuersarum prouinciārum vires enumerare
 contendam cum omnes imperii romani ditione
 consistant. Sed longe securitas pacis homines
 partim ad delectacionem ocii / partim ad ciuilia
 traduxit officia / ita cura exercitiū militaris pri-
 mo negligentius agi post ea dissimulari ac po-
 stremo olim in obliuionem producta cognosca-
 tur. Nec aliquis hoc superiore etate accidisse mi-
 retur / cum post primū punicum bellum vigin-
 ti et quatuor circulis ex cursis annorum pax ita
 romanos illos vbiq; victores ocio armorum des-
 suetudine neruauit / vt secundo punico bello ha-
 nibali pares esse non possent. tot itaq; consuli-
 bus / tot ducibus / tot exercitibus amissis / tunc
 demū ad victoriam peruenerunt cum vsum ex-
 ercitiūq; militare condiscere potuerunt. Sem-
 per ergo legendi et exercēdi sunt iuniores. Vti-
 lius enim constat erudiri armis suos q̄ alienos
 mercede conducere.

Liber primus finit feliciter.

PROLOGVS SECVNDI LIBRI

Instituta maiorum partis armate plenissime clementiā vestrā peritissimeque retinere continuis declaratur victoriis ac triumphis. Siquidē indubitata approbatio artis sit rerū semper effectus. verū trāsq̄litas tua imparator inuicte altiori cōsilio q̄ mens poterat humana concipere ex libris antiqua deliderat: cū ipsam antiquitatē factis recētibus antecedit. Igitur cū hec litteris breuiter comprehendere maiestati vestre non tam discenda q̄ recognoscēda preciperer certauit: sepius deuotio cū pudore. Quid enī audacius q̄ domino ac principi generis humani domitori omniū gentium et barbararū aliquid de vsu ac disciplina insinnare bellorū nisi forte iussisset fieri quod ipse gessisset? Rursus tanti imperatoris non obedire preceptis. plenū sacrilegii videbatur atq̄ periculi. Miro itaq̄ modo. in parendo audax factus sum dum metuo videri audacior si negassē. Ad quā temeritatē precedens me indulgentie vestre perhennitas animauit. Nam libellū de delectu atq̄ exercitio tironū dudū tanq̄ famulus obtuli: nec tamen culpatus abscelli. nec formido iussum ag

gredi opus quod spontaneum gessi impune. In quod genera diuidatur res militaris. ca. primū

BEs igitur militaris sicut latinorū egregius autor carminis sui testatur exordio armis constat et viris. hec in tres diuiditur partes / equites / pedites / classem. Equitū alii dicuntur alares ab eo quod ad similitudinē alarū ab ytraque parte protegāt acies / que nūc vexillatōes vocantur a velo. quia velis hoc est flāmulis vtuntur. Est et aliud genus equitū qui legionarii vocantur propterea quod connexi sunt legioni. Ad quorum exemplū occreati sunt milites vel equites instituti. Classis item duo genera sunt. vnū lufurnariū. aliud lufuariū. Equitibus campi / classibus maria vel flumina / pedibus colles vrbes plana et abrupta seruantur. Ex quo intelligitur magis reipublice necessarios pedites qui possunt vbiq; prodesse. Et maior numerus numero militum sumptu expensa minore nutritur. Exercitus ex re ipsa atque opere exercitii nomen accepit vt ei nunquam liceret obliuisci quod vocabatur. veterū ipsi pedites in duas diuisi sunt partes hoc est in auxilia et legiones / Sed auxilia à sociis et faculatis gentibus mittebantur. Romana autē virtus precipue in legionem ordinatione pre-

H

pollet. Legio autē ab eligendo appellata est quod
vocalulū eorū desiderat fidem atq; diligentiam
qui milites probantur. ¶ In auxiliis minor in
legionibus longe amplior consuevit militū nu-
merus ascribi;

¶ Quid inter legiones et auxilia intersit. ca. ii.

O Eniq; macedones greci dardani / falanges
habuerunt / et in vna falange armatorū
nouē milia censuerūt. Galli atq; celtiberi plures
q; barbare naciones cateruis vtebātur in prelio /
in quibus erant sena milia armatorū . Romani
legiones habent ī quibus singulis sena milia in-
terdum amplius militare consueuerunt. Quid
autē inter legiones et auxilia interesse videatur
expediam. Auxiliares ducuntur ad preliū / ex di-
uersis locis et diuersis muneribus veniētes. nec
disciplina inter se nec noticia nec affectione con-
sentiunt. Alia instituta alius inter eos est vsus
armorū. Necesse est autē tardius ad victoriā per-
uenire qui discrepant anteq; dimicēt. Deniq; cū
in expeditionibus plurimū prosit omnes mili-
tes vnus precepti significatione conuertit / non
possunt equaliter iussa complere qui ante pari-
ter non fuerunt. tamen hec ipsa si solennibus di-
uersisq; exercitiis prope quotidie reborntur!

nō mediocriter iuuant. nam legionibus semper auxilia tanq̄ leuis armatura in acie iungebātur vt in his preliadi magis adminiculū esset. q̄ principale subsidiū. Legio aut̄ propriis cohortibus plena cum habeat grauem armaturā. hoc est p̄ripes hastatos / triarios / ferreamēarios / antelignos. Item leuem armaturā. hoc est ferrentarios / sagittarios / funditores / balistarios. cū proprios et sibi impositos equites legionarios hīdem matriculis teneat. cū vno animo pariq̄ cōsensu castra munit / aciem instruat / preliū gerat ex omni parte perfecta nullo extrīsecus indigens adiuuēto quālibet hostiū multitudinē superare consueuerat. Documentū est magnitudo romana que semper cū legionibus dimicās tantum hostiū vicit / quantū vel ipsa voluit / vel rerum natura permisit;

Que causa exhauriri fecerit legiones. ca. iij.

Legionū nomen in exercitu permanet hodie / sed per negligentiaz superiorū temporū robur infractū ē. Nam cū virtutis premia occuparet ambitio et per grām promoueretur milites qui promoueri consueuerant per laborem. Deinde contubernalitus completis suspendis per testimoniales ex more dimissis non

H

sunt alii substituti. Preterea necesse est aliquan-
tos morbo debilitari atq; dimitti / aliquātos de-
serere vel diuersis casibus interire vt non singu-
lis annis ymo singulis pene mensibus in rece-
dentiū locū iuniorū turba succedat / quous copio-
sus exhauriatur exercitus . Est et alia causa cur
attenuate sint legiones . magnus in illis labor ē
militandi grauiora arma sera munera seuerior
disciplina. Quod vitantes pleriq; in auxiliis fe-
stinant militie sacramēta percipere vbi et minor
sudor et maturiora sunt premia. Catho ille ma-
ior cū et armis inuictus esset et consul exercitus
sepe dixisse fertur / q̄ plus se reipublice credidit
profuturū si disciplinā militārē conferret in li-
teris. Nam vnus etatis sunt que fortiter fiunt
Quē vero pro vtilitate reipublice scribuntur e-
terna sunt. Idem fecerunt alii q̄ plures / sed pre-
cipue frontinus diuo traiano eiusmodi compro-
batus industria / horū instituta / horū precepta
quantū valeo strictim fideliterq; signabo. Nam
tū easdem expensas faciat diligenter et negligē-
ter exercitus ordinatus / sed non presētibus sed
etiā futuris seculis proficiet si prouisione maie-
statis tue imperator auguste et fortissima dispo-
sitis reparetur armorū et emendetur dissimula

tio precedentium;

Quotiens legiones antiqui ad bellū duxerūt

IN omnibus autoribus iuenitur .ca.iii.
singulos cōsules aduersū hostes copiosis-
simos nō āplius q̄ binas duxisse legiōes / addi-
tis auxiliis sociorū. Tāta ī illis erat exercitacio
tāta fiducia / vt cuius bello due legiones crederē
tur posse sufficere. Quapropter ordinationē le-
gionis antique secundū normaz militaris iuris
exponā. que descriptio si obscurior / aut impoli-
tior videbitur / non michi sed difficultati ipsius
rei conuenit imputari. Attento itaq̄ animo sepi-
us relegenda sunt vt memoria intelligētiaq̄ va-
leant comprehendī. Necesse est enī inuictā esse
republicā. cuius imperator militari arte per-
cepta quātos voluerit faciat exercitū bellicosū

Quēadmodum legio cōstituatur ca. v.

Oligenter igitur lectis iunioribus / animo
corporeq̄ prestātibus / additis etiā exerci-
ciis quotidianis / quatuor vel eo āplius mēsum
iussu auspiciisq̄ iuictissimi principis legio for-
matur. Nam picturis in cute puniceis milites
scripti cum matriculis inserūtur iurare solēt. et
ideo milicie sacramēta dicuntur. iurant autē per
deum et per cristum et per spiritū sanctū et per

in aieſtatē imperatoris que ſecundūz deū generi
humano dirigena eſt et colenda. Nam cū impe
rator auguſti nomen acceperit tanq̄ preſenti et
corporali deo fidelis eſt et preſtanda deuocio et
ipendendus peruigil famulatus. Deo enim vel
priuatus vel militaris ſeruit cum fideliter eum
diligat qui regnat deo auctore. Iurant autē mili
tes omia ſe ſtrēnue facturos que preceperit im
perator nunq̄ deſerturos inilitiā nec mortē re
culaturos pro romana republica;

¶ Quot cohortes in vna ſint legione et quot
milites ſunt in vna cohorte. ca. vi.

¶ Ciendū autē eſt in vna legione decē cohortes
eſſe debere. ſed prima cohors reliquas
et numero militum et dignitate precedit. Nam
genera atq; inſtitutor litterarū viros electiſſiōs
querit. Hec enī ſuſcipit aquilā quod quidē preci
piū ſignū in romano eſt ſemper exercitu et to
tius legionis inſigne. Hec ymagines imperato
rum. hoc eſt diuina et preſentia ſigna veneratur
et iſta habet pedites mille c. v. equites loricated
c. xxxii. et appellatur cohors miliaria. hec caput
eſt legionis. Ad hanc cū pugnandū eſt prima a
cies incipit ordinari. Secunda cohors habet pe
dites d. l. v. equites lxxv. Et appellatur cohors

quingentaria. Tertia cohors similiter habet pedites d. l. v. equites lxvi. Sed in hac cohorte tertia validiores probari moris ē quia in media acie consistit. Cohors quarta habet pedites d. l. v. equites lxvi. Cohors quinta habet pedites d. l. v. equites lxvi. Sed et quinta cohors strenuos desiderat milites. qz sicut prima in dextro ita quinta in sinistro ponitur eorū. Hec quinq; cohortes in prima acie ordinantur. Sexta cohors habet pedites d. l. v. equites lxvi. In ipsa quoq; enucleati ascribendi sunt iuniores / quia in secunda acie post aquilam et imagines cohors sexta consistit. Cohors septima habet pedites d. l. v. equites lxvi. Cohors octava habet pedites d. l. v. equites lxvi. Sed et ipsa animosos desiderat viros quia in secunda acie consistit in medio. Cohors nona habet pedites d. l. v. equites lxvi. Cohors decima habet pedites d. l. v. equites lxvi. Et ipsa bonos consuevit accipere bellatores / quia in secunda acie sinistru possidet cornu. His decē cohortibus legio plena fundatur que habet pedites vi. milia c. equites d. cc. xxv. Minor itaq; numerus armatorū in vna legione esse non debet. Maior autē interdū esse consuevit si non tantū vnā cohortē sed etiam alias miliarias fuerit iussa suscipere.

H

Nomina et gradus principiorum legionis. ca. vii.

Antiqua ordinatione legionis exposita principiorum militum ut proprio verbo utar principiorum nomina ac dignitates secundum presentes matriculas indicabo. Tribunus maior per epistolam sacram imperatoris iudicio destinatur. Minor tribunus peruenit ut ex labore. Tribunus autem vocatur ex tribu quia preest militibus quos ex tribu primus romulus legit. Ordinarii dicuntur qui in prelio primi sunt et ordines dicunt. Augustales appellatur qui ab augusto ordinariis iniuncti sunt. Flauiales item tanquam secundi augustales a diuo vespasiano sunt legionibus addicti. Aquiliferi qui aquilam portant. Imaginarij vel imageniferi qui imperatoris imaginem ferunt. Optiones ab optando appellati quod antecedentibus egritudine prepeditis hi tanquam adoptati eorum atque vicarij solent vniuersa curare. Signiferi qui signa portant quos nunc draconarios vocant. Tesserarij qui tesseram per contubernia militum nunciant. Tessera autem dicitur preceptum ducis quo vel ad quod opus vel ad bellum mouetur exercitus. Campigeni. hoc est antesignarij ideo sic nominati quia eorum opera atque virtute exercitii genus crescit in campo. Meta =

tores qui precedentes locum eligunt castris. Beneficiarii ab eo appellati quod promouentur beneficio tribunorum. Librarii ab eo quod in libros referant rationes ad milites pertinentes. Tubicines cornicines et bucinatores qui tuba vel ereo cornu vel bucina comittere prelium solent. Armature duplares / quia binas consequuntur annonas. Simples / quia singulas. Mensores / quia in castris potissima demerentur loca in quibus tentoria milites figant / vel hospicia in ciuitatibus prestant. Torquati duplares . torquati simples quibus torques aureus solidus virtutis premium fuit / quem qui meruisset preter laudem interdum duplas consequabatur annonas. Duplares senquiplares. Duplares duas senquiplares unam semis consequerentur annonam. Candidati duplares. Candidati simples . Hi sunt milites principales qui privilegiis muniuntur . Reliqui munifices appellantur / quia munera facere coguntur;

Nomina eorum qui antiquos ordines ducebant.

Capitulum octauum;

v Etus tamen consuetudo tenuit ut ex primo principe legionis promoueretur centurio primipuli qui non solum aquile preerat / verum etiam quatuor centurias hoc est quadringen-

tos milites in prima acie gubernabat. hic tanq̃
caput totius legionis merita conſequebatur et
comoda. Item primus haſtatus duas centurias
id eſt ducentos homines ducebat in acie ſecunda
quē nūc ducenariū vocant. Princeps prime co-
hortis centuriā ſemis hoc eſt centū quinquagin-
ta homines gubernabat. ad quē in legione prope
om̃ia que ordināda ſūt pertinēt. Itē ſecūdus ha-
ſtatus centuriā ſemis / id eſt c. l. hoīes regebat.
Triarius prior centum homines gubernabat.
Sic decem centūrie prime cohortis a quinque
ordinariis regebantur orbis magne vtilitatis
et magnus honor eſt a ṽteribus conſtitutus vt
ceteri milites ex tota legione omni labore ac de-
uotione contenderent ad tanta premia perueni-
re. Erant etiam centuriones qui ſingulas centu-
rias curabant. qui nūc centenarii nominantur.
Erant decani denis militibus prepoſiti / qui nūc
capita contubernii vocātur. Secunda cohors ha-
bebat centuriones quinque. ſimiliter tertia. quarta
vſq; ad decimā cohortē. In tota enim legione
erant centuriones. lvi.

De officio preſecti legionis.

.ca. ix.

¶ Ed legati imperatoris ex cōſulibus ad ex-
ercitus mittebantur quibus legiones et

110. 2
21.

auxilia vniuersa obtemperabant in ordinacione pacis vel necessitate bellorum. In quorum loco nunc illustres viros constat magistros militum substitutos a quibus non tantum bine legiones sed etiam plures nimium gubernantur. Proprius autem iudex erat prefectus legionis habens comunire primi ordinis dignitatem qui absente legato tanquam vicarius ipsius potestatem maximam retinebant. Tribuni vel centuriones ceterique milites eius precepta seruabant. vigiliarum siue profectiois tessera ab eodem petebatur. si miles crimen aliquod comisset / auctoritate prefecti legionis a tribuno deputabatur ad penam. arma omnium militum / item equi / vestes / annona ad curam ipsius pertinebant discipline eius et seueritas et exercitacio non solum peditum / sed etiam equitum legionariorum precepto eius quotidie curabatur. Ipse autem custos diligens sobriusque legionem sibi creditam ad omnem deuocionem cum industria assiduus operosis exercitationibus afformabat sciens ad cuiuscunque superioris laudem subiectorum redundare virtutem;

De officio prefecti castrorum. ca. x.

II

ERat etiam castrorum prefectus licet inferior dignitate occupatus tamen non mediocribus causis / ad quæ castrorū positio valli et fosse estimatio pertinebat. Tabernacula vel casei militum cum impedimētis omnibus nutu ipsius curabantur. Preterea legri contubernales et medici a quibus curabantur. expense etiā ad eius industriam pertinebant. vehicula / saginarii / necnon etiam ferramenta quibus materies secatur vel ceditur / quibusq; aperitur fossa / cōtextitur vallū / aque ductus / item ligna / vel stramina / arietes / onagri / baliste / ceteraq; genera tormentorū ne deessent aliquando procurabat. Is post longam probatāq; militiā peritissimus omnium legebatur / vt recte doceret alios quod ipse cum laude fecisset; **D**e officio prefecti

Habet preterea (fabrorum. ca. xi. legio fabros / lignarios / structores / carpentarios / ferrarios / pictores / reliquosq; artifices ad hibernorū edificia fabricāda ad machinas turreas ligneas ceteraq; quibus vel expugantur ad uersiorū ciuitates vel defenduntur proprie. imperatores / qui arma / vehicula / ceteraq; genera tormentorū / vel noua facerēt vel quassata repararent. habebāt etiā fabricas scutarias loriquaria /

216. 2211
27

areuenarias / in quibus sagitte / missilia cassides
omniaq; armorum genera formabantur. hec enī
erat cura precipua quicquid exercitui necessari-
um videbatur nunq̄ deesset in castris vsq; eo vt
etiam cunicularios haberent qui ad morem bel-
lorum ducto sub terris cuniculo murisq; intra
fundamenta perfossis improuisi emergerent ad
vrbes hostium capiendas. horum iudex propri-
us erat prefectus fabriorm;

De officio tribuni militum. ca. xii.

Decem cohortes habere diximus legionē.
sed prima erat miliaria in qua censu / ge-
nere / litteris / forma / virtute / pollentes mitte-
bantur milites. huic tribunus preerat armorū /
scientia / virtute corporis / morū honestate pre-
cipuus / relique cohortes prout principi placuis-
set a tribunis vel a prepositis regebantur. Tan-
ta autem seruabatur exercendi milites cura vt
non solū tribuni vel prepositi cōtubernales sibi
creditos sub oculis suis iuberent quotidie me-
ditari / sed etiam ipsi armorum arte perfecti ce-
teros ad imitationem proprio hortarentur ex-
emplo. Tribuni autem sollicitudo / et tribuni

laudabatur industria / cum miles veste nitidus
armis bene munitus ac fulgens exercitii vſu et
disciplina incedit;

De centuriis atq; vexillis peditum. ca. xiii.

Primum ſignum totius legionis eſt aquila. quam aquiliſer portat. Dracones etia; per ſingulas cohortes a draconariis feruntur ad preliũ. Sed antiqui (quia ſciebant in acie comiſſo bello celeriter ordines aciesq; turbari atq; confundi) ne hoc poſſet accidere / cohortes in centurias diuiferunt et ſingulis centuriis ſingula vexilla cõſtituerũt. Ita vt ex qua cohorte vel quata eſſet cõturia in illo vexillo litteris eſſet aſcriptum. quod intuentes vel legẽtes milites in quãtouis tumultu a contubernaliſuis oberrare non poſſent. Centuriones inſuper (qui nũc centenarii vocantur) nimum bellicoſos loricatoris tranſuerſis caſſidum criſtis litteras habebant / quo facilius noſcerẽtur / quibus ſingulas iuſſerunt gubernare centurias / quatenus nullus error exiſteret / cum centum milites ſequerentur non ſolum vexillũ ſũũ / ſed etiã centurionẽ qui ſignũ habebat in galea. Rurſus ipſe centurie in contubernia diuiſe ſũt / vt. x. militibus

210. 22 III

sub vno papilione degentibus vnus quasi preef-
set decanus / qui caput contubernii nominatur.
Contubernium autē manipulus vocabatur ab
eo q̄ iunctis manibus pariter dimicabant;

De turmis equitū legionariorum. ca. xiiii.

Quemadmodū inter pedites centuria vel
manipulū vocatur / ita inter equites tur-
ma dicitur. Et habet vna turma equites trigin-
ta duos. huic qui preeſt decurio nomiatur. Cen-
tum enī et decem pedites ab vno cēturione sub
vno vexillo reguntur . Preterea sicut centurio
eligendus est magnis viribus / procera ſtatura /
qui haſtas et millia perite iaculetur et fortiter
qui dimicare gladio et ſcutum rotare doctiſſime
nouerit / qui omnem artem didicerit armature /
vigilans / ſobrius / agilis / magis ad faciendū que
ei imperatur q̄ ad loquendū paratus / cōtuber-
nales ſuos ad diſciplinam retineat / ad armorū
exercitiū cogat / vt bene veſtiti et calceati ſit / vt
arma omniū defricētur et ſplēdeāt. ſimiliter eli-
gēdus eſt decurio qui turme equitū preponatur
imprimis habilis corpore / vt loricated et armis
circūdatus oībus cū ſūma admiratiōe equū poſ-
ſit aſcēdere / equitare fortiſſie / conto ſciēter vii /
ſagittas doctiſſime mittere / turmales ſuos id eſt

H

sub cura sua equites positos erudire ad omnia /
que equestris pugna deposcit / eosdēq; cogere lo-
ricas suas vel catafractas / contos vel cassides fre-
quēter tergere et curare. Plurimū enī terroris
hostibus armorū splendor iportat. Quis credat
milite bellicosū cuius dissimulatōe / situ / ac rubi-
gine arma fedātur? Non solū autē equites / sed et-
iā equos ipsos assiduo labore cōuenit edomari
Itaq; ad decurionem et sanitatis et exercitatiois
tam hominū q̄ equorū p̄tinet cura;

Quemadmodū legionū acies instruantur. ca. xv.

Nunc qualiter instruēda sit acies si pugna
immineat declaratur vnius legionis exē-
plo. quod si vltus exegerit / transferrī possit ad
plures. Equites locantur in cornibus. acies pedi-
tū a prima cohorte incipit ordinari in cornū dex-
tro. huic cohors secunda coniūgitur. Tertia co-
hors in media acie collocatur. huic annectitur
quarta. quinta vero cohors sinistrū suscipit cor-
nu. Sed ante signa et circa signa necnon etiā in
prima acie dimicantes / principes vocabantur / hoc
est ordinarij / ceteriq; principales. Nec erat gra-
uis armatura / quia habebant cassides / cathafrac-
tas / ocreas / scuta / gladios maiores / quos spa-
tas vocāt / et alios miōres quos semispata vocāt

plūbatas quinas positas in scutis / quas primo impetū iaciunt. Item bina missilia / vnū maius ferro triangulo vnciarū nouē. hastili pedū v. et semis. quod preliū vocabant nūc spiculū dicitur ad cuius ictū exercebātur precipue milites. quod arte et virtute directū / et scutatos pedites et lorricatos equites sepe transuerberat. aliud minus ferro vnciarū v. hastili / pedū triū et seis / quod tūc v. erriculū nunc neutrū dicitur. prima acies principū / secūda hastatorū armis talibz docetur instructa. p̄ hos erāt ferētarij et leuis armatura quos nūc excultatōes et armaturas dicimz. Scutati qui plūbatis vel gladiis et missilibus accicti sūt / sicut nūc prope oēs milites vidētur armati erāt. itē sagittarij cū cassidibus catafractis et gladiis / sagittis et arcubus erāt. sūdiores q̄ ad fūdas vel fustibalos lapides iaciebāt. Erāt tracolarij qui ad manubalistas vel arcubalistas dirigebant sagittas. secūda acies similiter armabatur in qua consistentes milites hastati vocabantur. Sed ī secūda acie dextro cornu cohors sexta ponebatur cui iungebatur octaua. Octaua cohors mediam aciem tenebat nona comitante. Decima cohors sinistrum in secunda acie semper obtinet cornu;

II

Quēadmodū triariū vel cēturiones armētur
D Olt oēs aūt acies triariū cū scuta. ca. xvi
tis / catafractis / et galeis ocreati cū gladi
is seispatis plūbatis et binis missilibus locabā
tur. Qui genu posito subsidebant vt si prima a
cies viceretur! ab his quasi de integro reparata
pugna posset reparari victoria. Omnes aūt sig
nati vel signiferi (quous pedites) loricas minores
accipiebāt z galeas ad terrorē hostiū vsinis pel
libus tectas. cēturiōes vero habebāt catafractas
et scuta et galeas ferreas / sed transuersis et ar
gentatis cristis / vt celerius agnoscerētur a suis.

Comissa pugna grauem armaturā stare pro
Illud aūt sciendū est (muro. ca. xvii.
et modis oībus retinendū q̄ comisso bel
lo prima ac sedā acies stabat imota. triarii quoq̄
residebāt. ferentariū aūt armature et scutatores /
sagittarii fūdiores (hoc est leuis armatura) ad
uersarios prouocabāt ante aciē precedentes. Si
hostes fugare potuissent! sequebantur. si eorum
virtute ac multitudine premebātur! reuerteban
tur ad suos. et post eos stabāt. Excipiebant autē
prelium graues armature que tanq̄ murus (vt
ita dicam) ferreus stabant! et non solum missi
libus / sed etiam gladiis cominus dimicabant.

Et si hostes fugissent! nō sequēbatur grauis armatura! ne aciem suā ordinationēq; turbarēt: et ad dispersos recurrerent hostes! et ita compositos opprimerent: sed leuis armatura cū suditoribus/ sagittariis et equitibus fugiētes sequēbatur inimicos. hac dispositiōe atq; cautela sine periculo legio vincebat. atq; superata seruabatur incolumis/ quia legionis vis ē. facile nec fugere nec sequi;

(his scribenda, ca. xviii.

C Nomia militū et gradus in scutis eorū auer

Sed ne milites aliquādo ī tumultu prelii a suis cōtubernalibus aberrarēt diuersis cohortibus diuersa ī scutis signa pīgebāt vt ipsi noīant idiomata sicut etiā nunc moris est fieri. Preterea in aduerso scuto vniuscuiusq; militis lris nomē erat ascriptū addito et ex qua esset cohorte qua ve cēturia. Ex his igitur apparet legiōne bene īstitutā quasi munitissimā ciuitatē esse que oīa prelio neciā secū vbiq; portaret. nec metueret repētīnū hostiū superuentū. qz etiā ī mediis cāpis subito fossa se valloq; muniret que oē genō militū cōtineret et armorū. Si quis igitur pugna publica superari barbaros cuperet vt diuitatis nutu dispositiōēq; īperatoris iuncti reparetur ex tirōibus legionel oibus votis petat.

II

Intra breue aut spaciū temporis iuniores diligenter electi et exercitati quotidie non solū mane sed etiā post meridiem omnium armorū disciplina arte bellandi veteres illos milites qui orbem terrarū integrū subegerunt facile coequabunt. Nec moueat quod olim est consuetudo mutata que notuit / sed huius felicitatis ac prouisionis est perbennitas tua ut pro salute reipublice et noua excogitet et antiqua restituat. Omne opus difficile videtur antequam temptes. Ceterum si exercitati et prudentes viri delectui preponantur / celeriter manus bellis apta poterit aggregari et diligenter institui. Ordinis enim efficacis solertia est si competentes non denegentur expense

Preter corporis robur notarum vel computandi artem in tironibus eligendam. ca. xix.

Sed quoniam in legionibus plures scoles sunt / que litteratos milites querunt ab his qui tirones probant in omnibus quidem statu remagnitudinē corporis robur alacritatem animi conuenit explorari. Sed in quibusdā notarū pernicio calculandi computandiq; peritia siue versus eligitur. Totius enim legionis ratio siue obsequiorum siue militariū numerus siue pecunie quotidie ascribitur artis maiore prope diligentia

q̄ res ānonaria vel ciuilis pollitica annotatur
 Quotidianas etiā in pace vigiliās / itē excubi-
 tum siue agrarias de omnibus centuriis et con-
 tuberniis vicissim milites faciunt vt ne quis cō-
 tra iusticiā pregrauetur aut alicui prestetur im-
 munitas. Nomina eorū qui vices suas fecerunt
 breuib; inseruntur quādo quis cōmeatū acce-
 perit vel quot dierum annotatur in breuib;.
 Tunc enī difficile cōmeatus dabatur nisi causis
 iustissimis approbatisq; nec aliquibus milites
 instituti deputabātur obsequiis nec priuata eis-
 dē negocia mā dabātur. Siquidē incōgruū vide-
 retur imperatoris militem qui veste et annona
 publica pascebatur. vtilitatibus vacare priuatis
 ad obsequia tamen iudicū vel tribunorū necnō
 etiā principaliū deputabantur milites qui voca-
 bātur accensi / hoc est postea additi q̄ fuisse ele-
 ctio completa / quos supernumerarios vocant.
 fascicularia tamen / id est lignū / fēnū / aquam /
 castra / stramen etiam legitimi milites in castra
 portabant. Muoifices enī ab eo appellantur q̄
 hec munera faciunt;

Donatiui partem diuiniā debent apud si-
 gna milites sequestrare seruandā. ca. xx.
Llud vero ab antiquis diuinitus institu-

H

tum est! vt ex donatiuo quod milites consequuntur dimidia pars sequestretur apud signa et ibidem ipsis militibus seruaretur ne per luxū aut inanium rerū cōparationē si ab ipsis militibus seruaretur contubernalibus posset assumi. Plerique enī homines et precipue pauperes tantū erogant quantū habere potuerint. Separatio autē ista pecunie primū ipsis contubernalibus docetur accomodata! nam cū publica sustētetur an nona ex omnibus donatiuis augetur eorū pro medietate peculiū . Miles deinde qui sumptus suos scit apud signa dispositos de deserendo nichil cogitat / magna diligit signa pro illis in acie fortius dimicat more humani ingenii / vt pro illis habeat maximā curā! in quibus videt suā positam esse substantiā . Denique decē folles hoc est decem sacci per cohortes singulas ponebātur in quibus hec ratio credebatur. addebatur etiā saccus vndecimus in quē tota legio particulā aliquā conferrebat sepulture scz causa! vt si quis ex cōtubernalibus defecisset e illo vndecimo sacco ad sepulturā ipsius promeretur expensa. hec ratio apud signiferos vt nūc dicunt in cophino seruabatur. Et ideo signiferi non solum fideles sed etiam litterati homines deligebantur qui et

lib 2. 27.
seruarent deposita et scirent singulis reddere rationem;

In legione ita fieri debent promotiones vt per omnes cohortes transeāt qui promouētur.

Non tantū humano consilio ca. xxi. sed etiā diuinitatis instinctu legiones a romanis arbitror constitutas. In quibus decē cohortes ita sunt ordinate! vt omnium vnū corpus vna videatur esse coniunctio. nam quasi in orbem quendam per diuersas cohortes et diuersas scolas promouētur milites ita vt ex prima cohorte ad gradum quempiā promotus vadat ad decimam cohortem! et rursus ab ea crescētibus stipēdijs cum maiore gradu per alias recurrat ad primā. Ideo primi pili centurio postq̄ in orbem omēs cohortes per diuersas administrauerit scolas in prima cohorte ad hāc peruenit palmā in qua ex omni legione infinita comoda consequabantur! sicut primus serinius in officio prefectorū pretorio ad honestū questuolūq; militie peruenit finem! ita legionarii equites cohortes suas contubernij aduentione venerabātur, cū naturaliter equites a peditibus soleant discrepare. Per hanc ergo contexionē in legionibus et omnium cohortum et equitū peditūq; seruatur vna concordia

II

Quid inter tubicinetes cornicines et classitum inter sit. ca. xxii.

Habet preterea legio tubicines et cornicines et bucinatores. Tubicen ad bellum vocat milites. et rursum receptum canit. Cornicines quotiens erant non milites sed signa ad eorum obtemperant nutum. ergo quotiens ad aliquod opus exituri sunt soli milites tubicines canunt. Quotiens mouenda sunt signa cornicines canunt. Quotiens autem puguatur et tubicines et cornicines pariter canunt. Classitum autem appellatur quod bucinatores per cornu dicunt. hoc insigne videtur imperii / quia classitum canitur imperatore presente / vel cum in militem capitaliter animaduertitur / quia hoc ex imperatoris legibus fieri necesse est. Siue ergo ad vigilias / vel ad angarias faciendas siue ad aliquod opus vel ad decursionem campi exeunt milites tubicine vocante operantur / et rursus tubicine admonente cessant. Cum autem mouentur signa aut iam mota figenda sunt cornicines canunt. Quod ideo in omnibus exercitiis et processionibus custoditur ut in ipsa pugna facilius obtemperet milites / siue eos pugnare siue stare siue sequi vel redire preceperit duces. Siquidem ratio manifesta sit: sepe in ocio

fieri debet quod necessario faciendū videtur in prelio;

De exercitatione militū. xxiii.

Regionis ordinatione digesta ad exercitum reuertimur. vnde sicut iam dictū est exercitus nomen accepit. Iuniores quidē et noui milites mane ac post meridiē ad omne genus exercebātur armorū. Veteres autē et eruditi sine intermissione semel in die exercebātur armis. neq̄ enī lōgītudo etatis / aut annorū numerus / artē bellicam tradit / sed cōtinua exercitacionis meditacio. Postq̄ ista volueris. in exercitatus miles semper est tiro. armaturaq̄ festis diebus exhibetur in exercitio nō ideo tantū armature quę sub campi doctore sunt / sed omnes equaliter contubernales quottidiana exercitacione discēbāt. Nā et velocitas vsu ipso acquiritur corporis / et sciētia feriendi / hostem seq̄ protegendi presertim si gladiis cominus dimicetur. Illud vero maius ē q̄ seruare ordines discant vt vexillū suū in tantis permixtionibus in ipsa pro lusione comitantur. Nec inter doctos aliquis error extiterit licet multitudinis sit confusio / quia omnia cedunt permissis. Ad palū quoq̄ vel sudibus exerceri per cōmodū est / et latera vel pedes aut caput petere punctim celimq̄ condiscant. Saltus quoq̄ ictus

II


facere pariter assuescant insurgere trepidantes in
clipeū rursusq; sublidere. nūc gestiando peruola
re cum saltu. nūc cedētes in terga resilire/ missi
libus etiā palos procul ferire meditantur. et vt
ars dirigendi et dextre virtus possit accrescere.
Sagittarii vero vel fūdiores scopas hoc est fru
cticum vel straminū faces pro signo ponebant.
vt d, e pedibus mouerētur a signo vt sagittis vel
certe lapidibus ex fustibulo destinatis lignū se
pius tangerent. propterea sine trepidatione in a
cie facile faciebant quod ludentes in campo fece
rant. semper assuescendū est etiā vt semel tantū
funda circa caput rotetur cū ex ea mittitur saxū
Sed et manu sola omnes milites meditabantur
libraria saxa iactare qui vsus paratior creditur
quia nō desiderat fundā. Missilia quoq; vel plū
bata iugi perpetuoq; exercicio dirigere cogebā
tur vsq; adeo / vt tempore hiemis de tegulis vel
scindulis que si dicerēt certe de cannis vlna vel
culmo et porticus tegerētur ad equites et que
dā velut basilice ad pedites in quibus tempesta
te vel ventis aere turbato / sub tecto armis eru
diebatur exercitus. Ceteris aut etiā hiberniis di
ebus si niues tantū pluuięq; cessarēt exarceri co
gebantur in campo / ne itermitta consuetudo et



animos militum debilitaret et corpora! Siluaz
 cedere/ portare onera/ transilire fossas/ natate
 in mari siue fluminibus gradu pleno ambulare
 vel currere etiã armatos cum sarcinis suis fre-
 quētissime conuenit vt quotidiani laboris vsus
 in pace difficilis non videatur in bello. siue er-
 go legio siue auxilia fuerint! exerceatur assidue
 Nam quẽadmodũ bene exercitatus miles pre-
 lium cupit! ita formidat indoctus. Postremo sci-
 endum est in pugna vsum amplius prodesse! q̃
 vires. Nam si doctrina esset armorũ! nichil pa-
 ganus alias mango discat a milite;

Exempla exhortationum exercitiũ militaris/
 de alijs artibus tracta; ca. xxiiii.


A Dleta venator auriga propter exiguam
 mercedẽ vel certe plebis fauorem quoti-
 diana in meditatione artes suas aut seruare aut a-
 gere consuevit militem! cuius est manibus res-
 publica seruanda studiosius oportet scientiã
 dimicandi vsuq; rei bellice iugibus exercitijs
 custodire. cui contingit non tantũ gloriosa victo-
 ria! sed etiam amplior preda. quẽ ad opes et di-
 gnitates ordo militie et imperatoris iudiciũ con-
 suevit euehere. artifices scenici ab exercitijs nõ
 recedunt pro laude vulgi. miles sacramento le-



ctus ab exercitio armorum vel nouellus vel etiā
iam vetustus cessare non debet . cui pugnandū
est pro salute propria et libertate comuni pre-
sertim cū antiqua sit prudensq; sentētia omnes
artes in meditatione consistere.

Enumeratio ferramentorum vel machina-
rum legionis. ca. xxv.

Legio autē non tantū militū numero / sed
etiā genere ferramentorū vincere consue-
uit. Primū omniū instruitur iaculis que nulle
lorice / nulla possūt scuta sufferre. Nam per sin-
gulas centurias balistas habere consuevit quibz
multi ad trahendū et singula contubernia ad ar-
mandū vel dirigendū hoc est vndecim homines
deputātur . Nam hee quanto maiores fuerint /
tanto longius ac fortius tela iaculātur. Non so-
lum autē castra defendūt / verū etiam ī cāpo post
aciem grauis armature ponūtur / ante quarum
impetuz nec equites loricati nec equites scutati
hostiū possunt stare. In vna autē legione lv. car-
rabaliste esse solent. Item decem onagri hoc est
singuli per singulas cohortes in carpētis bobus
portarentur armati. vt si forte hostes ad pugnā-
dum venerint / vallū sagittis et saxis possint ca-
stra defendi. Scafas quoq; de singulis trabibus

lib. 2.


rauatas / cum longissimis funibus interdū etiā
 cum ferreis cathenis secum legio portat! quate-
 nus contextis hisdem sicut dicunt monaxilis su-
 pertextis etiam tabulatis flumina sine pōtibz
 qui vadari nequeunt tam a peditibus q̄ ab equi-
 tibus sine periculo transeat. habet ferreos ar-
 pagones quos lupos vocant falces ferreas con-
 fixas lōgissimis contis. Item ad fossias faciēdas
 bidentes / ligones / palas / rastra / alueos / cephi-
 nos quibz terra portatur. habet quoq; dolabras
 secures. ascias / ferras quibus materies ac pali
 dedolantur atq; serrantur. habet preterea artifi-
 ces cum omībz ferramentis qui ad oppugnā-
 das hostiū ciuitates testudines musculos arietes
 vineas vt appellant turres etiam ambulatorias
 faciūt. verū ne singula enumerando plura dicā-
 tur / vniuersa que in quocūq; belli genere neces-
 saria sunt vel esse creduntur secum legio debet
 vbiq; portare / vt in quouis loco fixerit castra ar-
 matam faciat ciuitatem,

PROLOGVS LIBRI TERCII,

A Tenientes et lacedemonios ante ma-
 cedonas rerū potitos prisci loquū-
 tur annales. verum apud athenienses

30

non solum rei bellice! sed etiam diuersarum ar-
tium viguit industria. Lacedemoniis aut precii-
pua fuit cura bellorū. primi deniq; experimēta
pugnarū de euentibus colligentes artē preliorū
scripsisse firmatur vsq; eo: vt rem militare (que
virtute sola vel certe felicitate creditur contine-
ri) ad disciplinam pericieq; studia reuocarent. ac
magistros armorū (quos tacticos appellabāt) iu-
uentutē suaz vsū varietatēq; armorū pugnandi
preciperent edoceri. O viros summa admiratio-
ne laudandos qui eam precipue artē ediscere vo-
luerunt! sine qua alie artes esse non possunt. ho-
rum sequentes instituta romani! marci operis
precepta et vsū retinuerant et litteris prodide-
runt. que per diuersos autores librosq; dispersa
imperator inuicte mediocritatē meaz abreuiare
iussisti / ne vel fastidiū nasceretur ex plurimis
vel plenitudo fidei deesset in paruis. Quantum
aut inpreliis lacedemoniorū disciplina profue-
rit vt obmittā cetera! antippi declaratur exēplo.
qui attiliū regulū romanūq; exercitum sepe vi-
ctorem cum carthagenensibus non virtute! sed
arte solus ferret auxiliū prostratis exercitibus
cepit ac domuit. vnoq; congressu triūphans bel-
lum omne confecit. Nec minus hanibal petitu-



rus italiam lacedemonium doctorem quesivit armorum / cuius monitis tot consules tantas legiones inferior numero ac viribus iterem. Igitur qui desiderat pacem preparat bellum. qui victoriam cupit milites imbuat diligenter. qui secundos optat euentus / dimicet arte non casu. nemo prouocare / nemo audet offendere / quem intelligit esse superiorem si pugnet;

Qui modus esse debeat exercitus. ca. primū.

Primus liber tironum delectum exercitumq; deprompsit. sequens legionis institutionem disciplinamq; edocuit militarem. Hic tertius classicum sonat. Ideo enim illa premissa sunt / vt hec in quibus pericia certaminum et victoriarum summa consistit discipline ordine custodito et intelligenter celerius et amplius adiuuarent. Exercitus dicitur tam legionum q̄ etiaz auxiliorum necnon equitum ad gerendum bellum multitudo collecta. huius modus a magistris queritur armorum. Nam cum xerxis et darii mitridatis ceterorumq; regum (qui innumera biles armauerūt populos) exēpla leguntur / euidenter apparet nimiū copiosos exercitus magis propria multitudine q̄ hostiū virtute depressos

II

Nam pluribus casibus subiacet amplior multitudo. In itineribus pro mole sua semper est tardior. In longiore autem agmine etiam a paucis superventum affolet pati. In locis autem asperis et fluminibus transeundis propter impedimentorum moras sepe decipitur. Preterea ingenti labore numerosis animalibus equisque pabula colliguntur. Rei quoque frumentarie difficultas (que in omni expeditione vitanda est) cito maiores fatigat exercitus. Nam quãtolibet studio preparareur tãnona / tãto maturio deficit quãto pluribus erogatur. Aqua demum ipsa nimie multitudini aliquando vix sufficit. Quod si casu acies verterint tergum necesse est multos cadere de multis et illos qui effugiunt semel territos: postea formidare conflictum. Veteres autem qui remedia difficultatum experimentis dedicarent nõ tam numerosos quã eruditos armis exercitus habere voluerunt. Itaque in leuioribus bellis vnam legionem mixtis auxiliis hoc est decem milia peditum et duo milia equitum crediderunt. posse sufficere quam manũ pretores / vel iuniores duces ad expeditionem sepe ducebant. Quod si magne hostium copie equitum ducerentur

) 10. A 3.
 III
 consularis potestas cum viginti milibus peditū
 et quatuor milibus equitum tāq̄ comes maior
 mittebatur. Quod si infinita multitudo ex gētibz
 ferocissimis rebellasset / tunc nimia necessitate
 cogente duo duces / et duo mittebātur exercitus
 cum eiusmodi precepto vt prouideant ne quid
 respublica detremēti capiat / cōsules ambo alter
 vel alter ambo ve. Deniq̄ cū in diuerlis regiōni
 bus circa diuersos hostes a populo ro. ānīs prope
 omnibus pugnaretur. Ideo sufficiebant militū
 copie / quia vtilius iudicabant non tam grandes
 exercitus habere q̄ plures. Illa tamen ratione
 seruata ne vnq̄ amplior multitudo socialiū au-
 xiliarium ve esset in castris / q̄ ciuium romano-
 rum;

¶ Quomodo sanitas gubernetur
 exercitus.

¶ Capitulum secundū;

Nunc quod vel maxime prouidendū est
 quemadmodum sanitas custodiatur ex-
 ercitus admonebo. hoc est locus / aquis / tempo-
 re / medicina exercitio locis. ne in pestilenti regi-
 one iuxta morbosas paludes / ne aridis et sine o-
 portunitate arborū cāpis aut collibus / ne sine ten-
 toriis milites estate cōmorētur. ne egressi tardis
 et calore solis et fatigatione itineris contrahant

II

morbū / sed potius in estuātē luce cepto itinere
ad destinata perueniant. Ne leua hieme iter per
niues ac pruinas noctibus faciunt aut lignorū
paciuntur inopiam aut minor illis vēstium sup-
petat copia. nec sanitati enī nec expeditioni ydo-
neus miles est qui algere compellitur. fiet per-
niciolis vel palustribus aquis vtatur exercitus.
Nam male aque potus veneno similes pestilen-
ciam bibētibus generat. Iam vero hoc casu egri
cōtubernales opportunis cibis reficiātur / ac me-
dicorum arte curētur principū tribunorumq; et
ipfius comitis (qui maiorem sustinet potestātē)
iugis queritur diligentia. Male enī cum his agi-
tur quibus necessitas et belli incumbit et morbi
Sed rei militaris periti quotidiana exercitia ad
sanitatē militū magis putauerūt prodesse / q̄ me-
dicos. itaq; pedites sine intermissione ītribus vel
niuibus sub tecto reliquis diebus exerceri in cā-
po voluerūt / et similiter equites nō solū in pla-
nis / sed etiam in abruptis et fossarum hyatu dif-
ficillimis semitis seq; et equos suos assidue exer-
cere iusserunt / vt nichil his in necessitate prelii
accidere posset incognitum. Ex quo intelligitur
quāto studiosius armorū arte docēdus sit seper
exercitus cū ei laboris consuetudo et in castris



sanitatē et in conflictu possit prestare victoriam
 Si autē p̄nali estiuoq; tempore diutius in hūidē
 locis militū multitudo consistat: ex contagione
 aquarū et odoris ipsius feditate viciatis haulti-
 bus et aere corrupto perniciosissimus nascitur
 morbus qui prohiberi nō potest aliter nisi fre-
 quenti mutacione castrorum;

Quanta cura prouidenda sint atq; seruanda
 pabula vel frumenta. ca. iiii.

Ordo postulat vt de cōmeatu / pabulo / fru-
 mentisq; dicatur. sepius enī penuria q̄ pu-
 gna consumit exercitū et ferro leuior lames est
 Deinde reliquis calibus pōt in tēpore subueiri
 pabulacio et ānona ī necessitate remediū nō ha-
 bent nisi ante condātur. In oī expedicōe vnū est
 et maximū cōsiliū vt tibi sufficiat victus / hostes
 frangat inopia. anteq̄ igitur inchoetur bellū de
 copiis expēditq; solers debet esse tractatus: vt pa-
 bulum frumentum ceteraq; annonarie species
 quas a prouincialibus consuetudo depolcit ma-
 turius exigātur et in opportunis ad rem gerēdā
 acutissis et multissimis locis āphior sēper q̄ mo-
 do sufficiat aggregetur. q̄ si tributā deficiūt pro-
 rogato auro cōparāda sūt oīa. Neq; diuiciarū se-
 cura possessio ē nisi armorū defēsiōe seruetur.

Frequenter enī necessitas geminatur et obsidio
sepe fit longior q̄ putatur cum aduersarii etiaz
ipsi esurientes circumfidere non desinant quos
fame sperant esse vincēdos. Preterea! quicquid
in pecore vel quacunq; fruge vinoq; hostis infe
rens bellum ad victum suū poterit occupare nō
solum admonitis per dicta possessoribus / sed eti
am coacto per electos executores ad castella ido
nea et armatorū firmata presidiiis vel ad tutissi
mas conferendū est ciuitates / vrgendiq; provin
ciales sunt vt ante eruptionem seq; et sua meni
bus condant. Reparatio etiam murorū tormen
torumq; omniū ante curanda est. Nam si semel
hostes preuenerit occupatos / metu vniuersa tur
bantur et que ex aliis vrbibus petēda sūt inter
clusis itineribus denegātur. sed fidelis aureorū
custodia et erogacio moderata cōsuevit sufficere
pro copia maxime si ab inicio procuretur. Ceter
rū sera est parcimonia tūc seruare cū deficit. In
expeditionibus arduis per capita magis militū
q̄ per dignitates ab antiquis prebebātur anone
ita vt post necessitatē eisdē a republica redderētur.
hieme lignorū et pabuli estate aquarū vitanda ē
difficultas. frumētū vero et acetū vel vini necnō
etiā salis omni tempore necessitas declināda est!


26. 3. IIII
 ita vt vrbes atq; castella ab his militibus qui mi-
 nus pröpti inueniuntur i acie/armis sagitus/fu-
 stibalis/fundis etiam/et saxis/onagris/balists
 q; defendantur. precipueq; cauendus videtur ois
 dolus hostium /ne aduersariorü dolo atq; periu-
 riis decipiatur provincialiü incauta simplicitas
 Frequentius enim comertiorü pacisq; simulatio
 credulis plus /q; arma nocuerunt. qua ratione
 famez collecti paciuntur hostes /disperli vero cre-
 bris superuentibus facile vincuntur;

Quemadmodum oportet prouideri ne sedi-
 cionem milites faciant. ca. iiii.

Interdum mouet tumultü ex diuersis lo-
 cis collectus exercitus. et cü pugnare nol-
 let /irasci se simulat cur non ducatur ad bellum
 Quod hi precipue faciunt qui in sediciõibus oc-
 cise delicateq; vixerunt. Nam asperitate insoliti la-
 boris offensi quẽ in expeditõne necesse sustine-
 re. pretereã inutuãtes preliũ q; armorũ exerciti-
 a declinarẽt ad eiuismõi precipitãtur audaciã /cui
 vulneri multiplex medicina cõsuevit opponi vt
 dum adhuc separati sunt et in sedibus suis tri-
 bunorum vel vicariorũ necnon etiam principũ
 ad omnez disciplinam arctissima seueritate tene-
 antur nichilq; aliud nisi deuocionem moderatio

II

nemq; custodiant. campi cursuionem (vt ipsi ap-
pellant) inspectacionemq; armorū assidue faciāt
Nullis comeatibus vacent ad nomen quādo vo-
cantur ad signa obseruare non desinant / ad sagit-
tas iaciendas / ad missilia dirigenda / ad iactādos
lapides / vel funda vel manu / ad armature gestū
ad vectes pro similitudine gladiatorum punctim
celimq; feriendo / multo die vsq; ad sudorem sūt
frequētissime detinendi. Cursu etiam vel saltu
ad transiliendas fossas nichilominus imbuendi
seu mare seu fluminis vicinus est sedibus estiu-
uo tempore ad natandum cogendi sunt omnes.
Preterea siluaz cedere iter per dumos et abrup-
ta facere materiā dedolare aperire fossam occu-
pare aliquem locum. Et ne a contubernalibus
detrudantur scutis inuicem obuiātibus miti. Ita
exercitati et eruditi in sedibus milites siue illi le-
gionarii siue auxiliares siue equites fuerint / cū
ad expeditionē ex diuersis conuenerūt numeris
emulacione virtutis preliū magis necesse habe-
ant optare q̄ ocium. Nemo cogitat de tumultu q̄
fiduciam de arte vel viribus gerit. dux autē de-
bet esse attentus vt in omnibus legionibus siue
auxiliis vel vexillacionibus a tribunis vicariis
principibusq; si qui tribulenti vel sediciofi sunt

lib. 3. 

militēs nōn pro inuidia suggerentium / sed pro
 cerum veritate cognoscat eorū prudentiore con-
 silio segregatos a castris ad agēdū aliquid quod
 ipsis prope videatur optabile aut ad castella vr-
 besq; deputent muniendas atq; seruandas iania
 subtilitate vt cum abiciuntur estimentur electi.
 Nunq̄ enī ad contumaciā pari consensu multi-
 tudo prorumpit / sed incitatur a paucis qui victo-
 rorum scelerumq; impunitatem sperant peccare
 cum plurimis. Qz si ferri medicinam necessitas
 extrema persuaserit / rectius est maiorū more in
 auctores criminū vindicari vt ad omnes metus
 ad paucos pena perueniat. Laudabiliores tamē
 duces sunt quorū exercitum ad modestiā labor
 et vsus instituit / q̄ illi quorū milites ad obediē-
 tiam formido suppliciorum compellit;

Signorū militariū quanta sint genera. ca. v.

Multa quidem sunt edicenda atq; obser-
 uanda pugnantibus / siquidem nulla sit
 negligētie venia vbi de salute certatur. sed ins-
 ter reliqua nichil magis ad victoriam proficit /
 q̄ monitis obtemperare signorū. Nam cum vo-
 ce sola inter preliorū tumultus / regi multitudo
 non possit / et cum pro necessitate rerū plura
 ex tempore iubenda atq; facienda sunt / antiquus

omnium gentium vsus inueit! quō quod solus
dux utile iudicassz per signa totus agnosceret et
sequeretur exercitus. Tria itaq; genera constat
esse signorū. vocalia. seiucalia. muta. quorū vo
calia et seiucalia percipiūtur auribus. muta
vero referūtur ad oculos. vocalia dicuntur que
voce humana pronūciantur sicut in vigiliis et ī
prelio pro signo dicitur. vt puta victoria / palma
virtus / deus nobiscū / triūphus īperatoris et ali
a quecūq; voluerit dare. is qui in exercitu habet
maximaz ptātem. Sciendū tamē est ista vocalia
quottidie variari debere ne ex vsu signū hostes
agnoscāt et explorātes inter nrōs versentur īpu
ne. Seiucalia sūt que per tubam aut cornu aut
bucinā dantur. Tuba que directa ē appellatur.
Bucina qua ī semet ereo circulo flectitur. cornu
quod ex vris agrestibus argēto nexum tēperato
arte spiritu quē canentis flatis emittit auditur.
Nā ita dubitatis per hoc sonis agnoscit exercitū
vtrū stare vel progredi aut certe regredi oppor
teat. vtrū lōge persequi fugiētes an receptui ca
uere. Muta signa sūt! aquile / dracones / vexilla /
flāmule / tuse pine. Quocunq; enī hec fieri iusse
rit dux! eo necesse ē signū suū comitātes mili
tes pergāt. Sūt et alia multa signa que dux belli

nota.

nota.

in equis aut indumētis et in ipsis armis vt dino-
 scatur hostis precipit custodiri. ¶ Preterea ma-
 nu aliquid vel flagello more barbarico vel certe
 mota qua vtitur veste significat que oīa in sedi-
 bus itineribus in omī exercitaciōe castrensi vni-
 uersi milites et sequi et itelligere cōsuēcāt. Con-
 tinuus enī vsus necessariū videtur in pace eius
 rei que in prelii cōfusione seruāda sit. Item mu-
 tū et comune signū est quotiēs proficiscēte tur-
 ba excitatus puluis ad similitudinē nubiū sur-
 git hostiūq; prodit aduentū. Similiter si diuise
 sint copie per noctē flāmis per diē fumo signi-
 ficāt locis quod aliter nō pōt nunciari. Aliquā
 ti in castellarū aut vrbiū turribus appendūt tra-
 bes quibus aliquādo erectis aliquādo depositis
 indicant que geruntur;

Quanta sit seruanda cautela cum vicinis ho-
 stibus mouetur exercitus. ca. vi.

Qui rē militarē studiosius didicerūt asse-
 rūt plura in itineribus q̄ in ipsa acie pe-
 ricula solere cōtingere. Nam in cōflictu armati
 sūt omēs et hostē cominus vidēt et ad pugnādū
 anio veniūt preparati. In itinere minus arma-
 tus minusq; attētus est miles et superuētus im-
 petu vel fraude subesse; repente turbatur. Ideo

75

omni cura omniq; diligentia prouidere dux debet ! ne proficiscens paciatur in cursu vel facile aut sine dāpno repellat illatū. primū itinera oīum regionū in quibus bellū geritur plenissime debet habere per scripta : ita vt locorū interualla nō solū passuū numero ! sed etiā viarū qualitates perdiscat. cōpendia diuerticula / montes / flumina / ad fidē descripta consideret vsq; eo ! vt solerciores duces itinera prouiciarū in quibus necessitas gerebatur non tantū annotata ! sed etiā picta habuisse firmētur. vt nō solū consilio mētis ! verū aspectu oculorū viam profecturus eligeret. Ideo a prudētioribus et honoratis et locorum gnaris seperatim debet vniuersa perquirere et veritatem colligere de pluribus. Preterea sub periculo eligendi sūt viarū duces ! ydoneos scientesq; percipere. eosq; custodie mancipare ad dita pene cōtestacōne vel premii. erūt enī vtilis cum intelligant ne fugiendi sibi copiā superesse et fidei premiū ac perfidie parata supplicia. prouidendū quoq; vt sapientes exercitatioq; querantur ! ne duorū aut triū error discrimē pariat vniuersis. Interdū aut̄ īperita rusticitas plura promittit et credit se scire que nescit. Sed cautele caput est vt ad que loca vel quibus itineribus sit

lib. 3. I

profecturus exercitus ignoretur. tutissimū nāq̃
 in expeditionibus creditur facienda nesciri. Ob
 hoc veteres minotauri signū in legionibus ha-
 buerūt vt quēadmodū ille in intimo et secretis-
 simo laborinto abditus perhibetur! ita ducis cō-
 siliū semper esset occultū. Securum iter agitur
 quod agendū hostes minime suspicātur. verum
 quia exploratores altrinsecus missi protectionē
 suspectiōibus vel oculis deprehēdūt: et interdū
 trāsfuge proditoresq̃ nō delūt! quēadmodū oc-
 curri i^gruētib⁹ debeat itimetur. dux cū agmine
 exercitus profecturus fidelissimos argutissimosq̃
 cū equis probatissimis mittat! qui loca per que
 iter faciendū est in progressu et a tergo dextra
 leua perlustrent! ne aliquas aduersarii moliantur
 insidias. tutius autē operātur exploratores nocti-
 bus q̃ diebus. Nam quodā modo ipse sui prodi-
 tor inueitur! cuius speculator fuerit ad aduersa-
 rios cōprehēlus. primū ergo equites iter arripi-
 ant. deinde pedites impedimēta. laginarii / talo-
 nes vehiculāq̃ in medio collocētur! ita vt expedi-
 ta pars peditū et equitū subsequatur. nā ambu-
 lantibus interdū quidē fronte! sed frequētius a
 tergo superuētus infertur. a lateribus quoq̃ pa-
 ri armatorū manu impedimēta claudenda sunt.

u. Alciat. emb. luna.
 12. pag. 67. et cum
 manta.

Nam insidiatōres in alio loco impullant. transuerso frequēter in cursu. Illud tamen precipue seruandū est / vt ea pars ad quā hostis venturus creditur / oppositis litteratissis equitibus et leui armatura necnon etiā peditibus sagittariis muniatur. Quod si vndiq; circūfundatur inimici / vndiq; debēt preparata eē subsidia. ne vero repētinus tumultus amplius noceat / ante comouendi sunt milites vt parati sint animo et arma in manibus habeant. nā in necessitate subita que conterent prouisa / nō solent esse formidini. antiqui diligētissime precauebāt ne a calonibus interdū vulneratis interdū timētibus et sagittariis clamore pauefactis pugnātes milites turbarētur ne dispersi longius aut conglobati āplius q̄ expedit īpedirent suos hostibusq; prodeslēt. Et ideo ad exēplū militū etiā īpedimēta sub quibusdā signis ordinanda duxerūt. Deniq; ex ipsis calonibus quos galearios vocant ydoneos ac peritos vsu legebāt quos non āplius q̄ ducentis saginariis puerisq; preficerent. hisq; vexilla dabant vt scirēt ad que signa drēt īpedimēta colligere. Sed propugnatores ab impedimētis laxamēto aliquo diuiduntur / ne constipati ledantur in prelio ambulante exercita. vt locorū varietas euenerit ita defensio.



nis ratio variatur. nā in cāpis patētibus equites
 magis solet īpugnare! q̄ pedites. at vero in locis
 siluestribus vel montuosis siue paluſtribus pe-
 destres magis formidande sunt copie. Illudq̄ vi-
 dendū ne per nec negligentia alius festinātibus
 aliis tardius incedentibus! interrūpatur acies.
 aut certe attenuetur. cōtinuo enī hostes iter pro-
 lata peruadūt. preponēdi ergo sūt exercitatus-
 mi cāpi doctores: vicarii vel tribuni qui alacrio-
 res retardēt et pigrius incedētes accelerare com-
 pellant. nā qui multū precesserit superuētū fa-
 cto non tam redire q̄ effugere cupiūt. qui vero
 extremi sunt deserti a suis in hostiū et propria
 desperatōe superantur. Sciendū etiā q̄ aduersa-
 rii in his locis que sibi opportuna itelligūt sub-
 cessas occultus collocāt vel aperto Marte impe-
 tū faciūt! sed ne secreta noceāt ducis preſtet in-
 dustria / cui omnia cōuenit prius explorare. De-
 prehensa vero subcessa si circūueniatur vtiliter
 plus periculi sustinet q̄ parabat inferre. Mper-
 ta aut vis si preparatur in mōtibus! alciora loca
 premissis preſidiis sunt occupanda vt hostis cū
 aduenerit reperiatur inferior. nec audeat obuia-
 re cū tam a frōte q̄ supra caput suū cernat ar-
 matos. q̄ si anguste sint vie sed tamē tute inteli-

us est prescindere cum securibus ac dolatoriis mi-
 lites et cum labore vias aperire quam in optio itinere
 periculum sustinere. Preterea nosse debemus hos-
 tium consuetudinem utrum nocte aut incipiente die an
 hora reficiendi lassus superueire consueuerit et id
 vitare quod feturos putamus ex more. Ita vero
 utrum peditibus aut equitibus utrum cõtatis aut sa-
 gittariis amplius valeant numero hominum aut armo-
 rum municione precellat scire nos conuenit et ordiare
 quod nobis utile illis docetur aduersum. Tractare
 quoque per diem aut per noctem iter expediat inchoare
 quanta locorum interualla sint ad que cupimus perue-
 nire: ne estate aque penuria oblit eruntibus. ne hie-
 me difficiles aut nimie occurrant paludes. maio-
 resque torretes. et impedito itinere circumueniatur ex-
 ercitus priusquam ad destinata perueniat. nostra comodi-
 tas est sapienter ista vitare ita si aduersariorum imperi-
 cia / dissimulatio occasione nobis dederit: non op-
 portet obmitti: sed explorare sollicite. verum pro-
 ditores ac transfugas inuitare ut quid hostis moli-
 atur in presenti vel in futuro possimus agnoscere
 paratisque equitibus ac leui armatura ambulantes
 eosdem vel pabula victumque querentes in prouiso
 terrore decipere; ¶ Quomodo
 flumina que maiora sunt transeantur. ca. vii.

IN transitu fluuioꝝ grauis molestia ne-
 gligētibus frequēter emergit. nam si aqua
 violētior vel velocior fuerit aut alueus lacioꝝ im-
 pedimenta pueros et ipsos interdum ignauiores
 solet mergere bellatores. Ergo explorato vado du-
 e acies equitum electis animalibus ordinentur in-
 teruallis competentibus separate / vt per medium
 pedites et impedimenta transeant . nam acies su-
 perior aquarū impetū frangit. inferior / qui rapti
 subuersiq; fuerit colligit atq; trāspōnit. at cū alcōr
 fluctus nec equitē nec peditē patitur / si per plana
 decurrat ductis multifariā spergitur fossis diuisul-
 q; facile trāsitur. nauigeri vero omnes hastilibus
 fixis ac superpositis tabulatis peruii fuerit vel cer-
 te tumultario opere colligatis māibus eupis addi-
 tisq; trabibō trālitū prebēt. Expediti vero equites
 fasciculos de cannis aridis vel vlna facere cōsueue-
 rūt / super quos loricas et arma ne videntur im-
 ponūt. ipsi equiq; natādo trāseūt colligatosq; secū
 falces pertrahūt socios. sed comodius repertū ē vt
 monoxillos hoc est paulo laciores scafulas ex sin-
 gulis trabibō excauatas pro genere ligni et subtili-
 tate leuissias carpētis secū portet exercitus. tabula-
 tis pariter z clauis ferreis preparatis ita absq; mo-
 ra ostructo pōs et fun: bō (q̄ proptera habēdi sūt)

II

vinctus lapidei arcus soliditatē prestat ī tempore.
Sed instantes aduersarii ad transitus fluminū in
sidias vel superuentus facere consueuerūt. ob quā
necitatē in vtraq; ripa collocātur armata presidia!
ne a lueo īterueniēte diuisi opprimātur ab hostibz
Cautius tamē ē sudes ex vtraq; parte prefigere ac
sie detrimēto si que vis illata fuerit sustiere. Qz si
pons nō tantū ad trāsitū! sed etiā ad recursū et cō
meatus necessarius fuerit! iter inter vtroq; capite
percuttis laciōribz fossis aggereq; cōstituto! desē
siores milites debet accipere! a quibus tamdiu tene
atnr / q̄diu locorum necessitas postulat;

¶ Quēadmodum castra debeant ordinari. ca. viii

Consequēs videtur itineris obseruatiōe de
scripta / ad castrorū (ī quibz manendū ē) ve
nire ratiōnē. non enī belli tēpore ad statuā vel mā
sionem ciuitas murata semper occurrit. et incau
tum est plenūq; discriminis exercitū passim sine ali
qua munitōe cōsidere. cū militibz ad capiēdū cibū
occupatis! aut ad munera faciēda dispersis! facile
nectatur īsidie. postremo noctis obscuritas! necitas
somnia / pascētū equorū dispersio / occasiōes super
ueniētibus prestat. In metādis castris non suffi
cit locū bonū legere! nisi talis sit vt alter eo nō pos
sit melior inueniri ne vtilior pretermisiss a nobis

et ab aduersariis occupatus apportet incomodū.
 Cauendū quoq; ne per estatē aut morbosa ī proxī
 mo aut salubris aqua sit lōgius hīeme / ne pabula
 cio defit / aut lignū / ne subitis tēpestatib; cāpus ī
 quo manēdū ē / soleat iundari / ne sit ī abruptis ac
 deuiis et circūsedētib; aduersariis difficilis preste
 tur egressus / ne ex superioribus locis missa ab ho
 stibus in eū tela perueniāt. quib; cause studiosēq;
 prouisis pro nccitate loci vel quadrata siue rotūda
 vel trigona siue oblōga castra cōstitues. nec utilita
 ti preiudicat / forma tamē pulciora credūtur qui
 bus vltra latitudinis spaciū tercia pars lōgitudini
 additur. ita autē ab agri mēsoribus pedismū mēsu
 re colligi oportet. ad quātitatē cōcludatur exerci
 tus. nā propugnatorios angusta cōstipāt et vltra q̄
 cōuenit latiora diffundūt. Tribus autē modis defi
 niūtur castra muniri posse. Primū ī vnus noctis
 trāsitū et itieris occupacōez leuioerē / cū sublatis cel
 pites ordinātur et aggerē faciūt / super quē valli
 hoc ē sudes vel tribuli lignei per ordinē dirigūtur
 Cespes autē circūciditur ferramentis / qui herbarū
 radicib; cōtinet terrā. sit alto semisse et lato pedē se
 mis / q; si terra solucōr fuerit / aut ad similitudinē la
 teris cespes nō possit abscidi / tūc opere tumultari
 o fossa perducitur lata pedes v alta pedes iiii cui cū

H

intrinsecus ager excrescit! vt sine metu securo re-
quiescat exercitus. Statua autē castra estate vel
hieme hoste vicino maiore cura ac labore firmen-
tur. nam sigule cēturie diuidētibus cāpi doctoribz
ac p̄cipit̄ accipiūt pedicas et scutis vel sarcinis
suis in orbē circa propria signa dispositis cicti gla-
dio fossā aperiūt latā aut ix aut xi aut xiii pedibz.
vel si maior aduersariorū vis metuatur pedibus
xvii imparē enī numerū obseruare inoris est! tum
sepibus ductis vel interpositis stipitibus ramisq;
arborū (ne facile dilabatur terra) agger erigitur.
supra quē ad similitudinē muri et pinē et propug-
nacula cōponūtur. opus vero hoc centuriones de-
cem pedes metiūtur! ne minus foderit aut erraue-
rit alicuius ignauia id et tribuni circūeunt. nec a-
te discedūt qui strenui sunt! quousq; fuerit vniuersa
perfecta. ne tamē quis superuentus laborātibus fi-
at: oēs equites et pars peditū que nō operatur p̄-
uilegio dignitatis a te fossā ī procinctu arāta cōsistit.
z īgruētes repellit iimicos. prima ergo signa locis
suis itra castra ponūtur quia nichil vērabilid eorū
maiestate militibz deide duci pretoriū ei q; coitibz
preparatur ac tribuis tabernaclā colocātur quibus
per cōubernales deputatos ad muera aqua lignū z
pablā ministrātur tūc pro gradu legioibz et auxiliis

et equitibus et pedibus loca in quibus papiliones
 tendant deputantur in castris, ac de singulis ceteris
 quaterni equites et quaterni pedes excubitu noc-
 tibus faciunt, et quia impossibile videbatur in speculis
 vigilantes singulos permanere, ideo in quatuor partes
 ad clepsidra sunt diuisae vigilie ut non amplius quam tribus
 horis nocturnis necesse sit vigilare, a tubicine omnes
 vigilie committantur, et finitis horis a cornicine re-
 uocantur, idoneos tamen tribuni et probatissimos
 eligunt, qui circueant vigilias et renuncient si que
 emerferit culpa, quos circuitores appellabant, nunc
 milicie factus est gradus et certiores vocantur. Sciendum
 tamen est equites extra vallum nocturnas vigilias fac-
 cere debere, per diem autem castris politis alii mane
 alii post meridiem propter fatigationem hominum equo-
 rumque agrarias faciunt, inter precipua conuenit ducem
 preuidere siue in castris siue in ciuitate consistat, ut ani-
 maliu pascua subuetio frumeti ceterarumque specierum
 aquatio lignatio pabulatio secura ab hostium redda-
 tur incursu, quod aliter non potest euenire, nisi per
 loca idonea per que nostrorum ambulat comeatus
 presidia disponantur, siue ille ciuitates sit siue castel-
 la murata, et si non reperitur antiqua munitio oport-
 unis locis circumdata maioribus fossis tumultuaria
 castella firmantur, nam a castris diminutiuo vocabulo

H

sunt nuncupata castella . inter que in agrariis ali
quāti pedites equitesq; degētes tutū iter comeāti-
bus prestāt. difficile enī hostis ad ea loca audet ac
cedere! ī quibus a frōte et a tergo nouit aduersari
os cōmorari ; **Q**ue et quāta cōsideranda sunt
vt intelligatur vtrum superuentibus et insidiis an
publico debeat Marte confliigi . ca nonum.

Quisquis hos artis bellice cōmētarios ex pro-
batissimis autoribus breuiatos legere digna
bitur! q̄ primū rōnē prelii depugnādiq; cupit audi-
re precepta . sed cōflictus publicus duarū aut triū
horarū certamine diffinitur ! postquā partis eius
que superata fuerit spes ōnes itercidunt . ideo oīa
ante tēpus cogitāda / ante tēptāda / āte faciēda sūt!
q̄ ad vltimum veniatur abruptū . boni enim duces
nō aperto Marte preliū in quo ē cōmune periculū
sed ex occulto sēper attēptant! vt itegris suis quan-
tū possūt hostes iterimāt! certe vel terreant . in qua
parte que necessaria admodū sūt ab ātiquis reper-
ta describam . precipua ars et vtilitas ducis est ! vt
adhibitis ex vniuerso exercitu scientibus belli et
sapiētibus viris de suis et hostiū copiis sepius trac-
tet . oīq; que plurimū nocet adulatiōe submota vtrū
maiorē numerū pugnatorū ipse ā hostes hēat vtrū
ip̄s ā aduersariōrū hoīes magis armati sit et muniti.

qui magis exercitati qui sūt in nccitatibus forti
ores. Querendū est etiā vtra pars equites vtra
pars pedites hēat meliores. Sciēdūq̄ ī peditib⁹
vel maxie cōsistere robur exercitus et iter iplos
equites / qui cōtatis / q̄ sagittariis ātecedat / quis
 sati ōnem alimoniā uictus intra muros debēt stu
 diosissime collocare vt ipsis exuberet substātia ad
 uersarios inopiā cogat abcedere. Non solum autē
 porcinū / sed omne aīalium genus quod inclusum
 feruari poterit deputari oportet ad lardū / et ami
 niculo carnis frumēta sufficiant. Mues autē cohor
 tales et sine īpenla in ciuitatibus nutriūtur et pro
 pter egrotantes sūt neccessarie. Pabula equis pre
 cipue cōgreganda et que appportari nequiuērūt exu
 renda vini / aceti / ceterarūq; frugū vel pomorū cō
 gregāde sūt cōpie nichilq; quod vsui proficiat ho
 litibus reliquēdū. Nam ut ortorū cura ī viridariis
 domorū in atriiis exerceatur utilitatis aut volupta
 tis ratio persuadet. Parū autē proficit plurimū col
 legisse nisi ab exordio dimēsiōne salubri per idone
 os procuratores erogatio tēperetur. Nūquā peri
 chitati sūt fame qui frugalitatem inter cōpiās ce
 perant seruare. in bellis quoq; etas ac sexus pro
 pter neccessitātē uictus portis frēquēter exclusa ē
 ne penuria opprimeret armatos a quibus seruabā
 tur menia;

¶ Que species preparande sunt pro defensi-

onē murorum; *Cap. 6.*

Qutumē sulphur / picē liquidam / oleum quod
incēdariū vocant / ad exurendas hostiū ma-
chinas cōuenit preparari. ad arma facienda ferrū
vtriusq; tēperature et carbones seruantur in con-
ditis ligna quoq; hastilibus sagittisq; necessaria re-
ponūtur saxa rotūda de fluuiis quia pro solidita-
te grauiora sūt / et aptiora mittētibus diligētissime
colligūtur ex quibus muri replētur et turres mi-
nima ad fūdas siue fustibalos vel maibus iacienda
Maiores per onagros dirigūtur / maxima vero pō-
dere forma volubili in propugnaculis diriguntur
vt dimissa per preceps nō solū hostes obruant su-
beūtes sed etiā machinamenta confringant. Rote
quoq; de lignis viridibus ingentissime fabricātur
vel interscillis ex validissimis arboribus chindri
quas galeas vocant vt sit volubiles lenigātur que
per pronū labētia subito impetu bellatores solent
equosq; deterrere. trabes quoq; et tabulā vel diuer-
se magnitudinis clauos ferreos eē oportet in prō-
ptu. Nam oppugnatiū machinis per alias machi-
nas consuevit oblisti precipue cum subitis operi-
bus addenda sit inuris vel propugnaculis altitu-
do ne aduersariorum mobiles turres superemine-
ant et captant ciuitatem;

¶ Quid faciendū sit si neruorū defuerit copia? *Cap. 9.*

Neruorū copiā sūmo studio expedit colligi. quia onagri vel baliste ceteraq; tormēta nisi funibus neruinis intenta nichil profunt. equorū tamē cete de caudis ac iubis ad balistas vtilis afferuntur. Indubitatū vero est et crines seminarū in huiusmodi tormētis non minorem habere virtutē romane necessitatis experimēto. Nam in obsidione capitolii corruptis iugi ac lōga fatigatione tormētis cū neruorū copia defecisset! matrone abscessos crines viris suis obtulere pugnātibus. reparatisq; machinis aduersariorū impetū repulerunt. Maluerūt enim pudicissime semine deformato ad tēpus capite libere viuere cū maritis! q̄ hostibus integro decore seruire. Cornua quoq; vel cruda coria profuit colligi ad catafractas texēdas aliaq; machinamēta siue munimenta. *nota*

¶ Quid faciendū ne aque inopiā patiātur obsessi. *Cap. 10.*

Magna vrbis vtilitas est cū perennes fontes muris includit. Quod si natura nō prestat cuiuslibet altitudinis effodiēdi sūt putei aquarūq; haustus funibus extrahendi. Sed interdum litu sicciora sunt loca que montibus sunt saxisq; munita. in quibus superposita castella ad extrema muri inferiores reperiunt montiū venas ac de propu-

gnaculis vel turribus destinatis protegūt telis vt
aquatoribus liber prestetur accessus. Qz si vltra
ractum teli in cliuo tamen ciuitatis subiecta sit ue-
na! castellū paruuū quod burgū vocāt / iter ciui-
tatem et fontem conuenit fabricari. ibiq; balistas
sagittariosq; constitui vt aqua defendatur ab hosti-
bus. Preterea in omnibus publicis edificis mul-
tisq; priuatis cisterne diligentissime sūt substituēde
vt receptacula aquis pluuiialibus que de tectis af-
fluūt prestant. difficile enī eos sitis vicit! qui quā
uis exigua aqua ad potum tamen tātum in obsidi-
one sunt vsi;

Si sal defuerit; *Cap. 11.*

In maritima sit ciuitas et sal defuerit liquor
ex mari sūptus per alueos aliaq; patula ua-
sa diffunditur. qui calore solis duratur in salem
Qz si hostis ab vnda prohibeat! Nā hoc accidit are-
nas quas excitato uēto mare supersuderat aliquā
do colligūt et dūlci aqua eluunt que sole sicca ni-
chilominus mutātur in sales;

Quid faciēdū cū primo ipetu venitur ad muros. *Cap. 12.*

Volenta autem impugnatio quādo castel-
lis vel ciuitatibus preparatur mutuo vtrī
q; periculo. sed maiore oppugnatiū sanguine ex-
ercentur luctuosa certamina. Illi enim qui muros
iuadere cupiūt terrifico apparatu expositis copiis

spe dedicionis formidinē gemināt tubarum stre-
pitu hominūq; permixto. tunc quia timor magis
frangit inuictos primo impetu stupētibus oppi-
danis si discriminū experimenta non norunt ad-
motis scalis inuaditur ciuitas. Qz si a fidentibus
vel militaribus uiris repellatur prima cōgressio
statim clausis crescit audacia et iam non terrore /
sed viribus et arte cōfligitur;

¶ Enumeratio machinarum quibus
muri oppugnantur; .xiii.

Admouētur enim testudines et arietes / fal-
ces / vinee / plutei / muscoli / turrese / de qui-
bus singulis qualiter fabricentur quo etiam pac-
to preligētur vel repellantur enarremus;

¶ De ariete falce testudine; .xiiii.

De materia apte voluta vel dolata testudo
contexitur que ne exuratur incendio coriis
vel ciliciis cētōnibusq; vestitur. Nec itrisecus ac-
cipit trabem que adunco prefigitur ferro Et falx
vocatur ab eo quod icuruata est vt de muro extra-
hat lapides / aut certe caput ipsius vestitur ferro
Et appellatur aries vel quod habeat durissimam
frontem que subruit muros vel q; more arietum
retrocedit vt cum impetu vehemētius seriat. Te-
studo autē ad similitudinem vere testudinis voca-

bulum sumpsit / quia sicut illa modo reducit mo-
do profert caput / ita machinamentum interdū
reducit trabē interdū exit vt fortius cedat;

De vineis. De pluteis. De aggere; .xv.

Vineas dixerunt veteres quas nunc milita-
ri barbarico quoq; vsu cautias vocant. Et li-
gnis leuioribus machina colligatur / lata pedib;
octo / alta pedibus septem / longa pedibus vi. hu-
ius tectum munitione duplici tabulis cratibusq;
contexitur / latera quoq; vimine sepiuntur ne sa-
xorum telorumq; impetu penetrentur. Extrinse-
cus autem ne immisso concremētur incendio cru-
dis ac recentibus coriis vel centonibus operiun-
tur. Item cum plures facte fuerint iunguntur ī
ordinem sub quibus subsidentes tuti ad subruē-
da murorum fundamenta. Plutei dicuntur qui
ad similitudinem aspidis contexitur e vimine.
et ciliciis vel coriis proteguntur. ternisq; rotulis
quarū vna in medio due ī capitibus apponūtur ī
quacūq; partem volueris adiuuentur muro car-
penti. quos obsidentes applicant muris. eorumq;
municōe protecti / sagittis / sū fūdis / vel missili-
bus defensores oēs de propugnaculis ciuitatis ex-
turbāt vt scalis ascendēdi facilior prestetur occasio




Agger autem ex terra lignisq; extollitur / contra murum de quo tela iactatur;

De musculis; .xvi.

Musculos dicunt minores machinas! quibus protecti bellatores si lutum abfuerit ciuitatis fossatum etiam apportatis lapidibus lignis ac terra / non solum complent sed etiam solidant ut turres ambulatorie sine impedimento iungantur ad muros. Vocantur autem a marinis beluis musculi. Nam quemadmodum illi cum minores sunt. tamen balenis auxilium adinuculūq; iugiter exhibent! ita iste machine breuiiores vel deputate turribus magnis aduentui illarum preparent viam itineraq; premuniunt;

De turribus ambulatoriis; .xvii.

Turres autem dicuntur machinamenta ad edificiorum speciem trabibus tabulatisq; compacta. et ne tantum opus hostili concideretur incendio! diligentissime ex crudis coriis vel cetero nibus communitur. quibus pro modo altitudinis additur latitudo. Nam interdum tricenos pedes per quadrū / interdū per quadragenos late sunt. proceritas autē ipsarū tāta fit! ut nō solū muros



sed etiam turres lapideas altitudine superent. his
plures rote mechanica arte subduntur quarum
lapsu volubili magnitudo tam ampla moueatur.
Presens autem periculum ciuitatis est si ad mu-
rum fuerit turris admota plures enim accipit sca-
las ac diuerso genere conatur irrumpere. Nam
in inferioribus habet arietem cuius impetu destru-
it muros. Circa mediam vero partem accipit po-
tem factum de duobus trabibus septumq; de vi-
mine / quem subito prolatum iter turrim muru-
q; constituunt et per eum egredientes de machina
bellatores in ciuitatem transeunt et occupant mu-
ros. In superioribus autem turris illius parti-
bus contati et sagittarii collocantur qui defenso-
res vrbs ex alto contis missilibus saxisque proster-
nant. Eo facto ciuitas capitur sine mora. Quid
enim auxilii superest / cum hii qui de murorum
altitudine sperabant / repente supra se aspiciant
altioem hostium muru;

Quemadmodum ambulatoria turris
possit incendi;


.xviii.

Hic tamē manifesto discrimi multis occur-
ritur modis. Primum si confidentia vel
virtus est militaris eruptione facta globus egre-
ditur armorum et vi hostibus pulsus machina-

vi hostibus pulsus machinamentum illud ingens direptis coriis ignis exurit. Quod si oppidani exire non audeant ad maiores balistas malleolos vel falaricas cum incendio destinant ut perruptis coriis vel centonibus intrinsecus flamma condatur malleoli velut sagitte sunt et ubi adhaeserint quia ardentis veniunt vniuersa conflagent falarica autem admodum haste valido prefigitur ferro iter tubum et hastile. Sulphure resina bitumine stappisq; conuoluitur infuso oleo quod incendiarium vocant que baliste impetu destinata perrupto munimine ardens figitur ligno territamq; machinam frequenter incendit dispositi quoque homines funibus cum hostes dormiunt in latrinis portant lucernas ut incensis machinis rursus leuetur in murum;

¶ Quoadmodum altitudo muris additur; *Cap. 19.*

D Reterea parte muri ad quam machina conatur accedere semeto atq; lapidibus vel luto siue lateribus. postremo tabulatis extruendo faciunt altiore ne defensores menium desuper urbi ventura possit opprimere. Constat autem inefficax machinamentum reddi / si inueniatur inferius. Verum obsidentes eiusmodi dolum adhibere consueuerunt. Primo talem extruunt turrim que propugnaculis ciuitatis videatur inferior.



Deinde secretam aliam de tabulis intrinsecus tur-
riculam faciūt. et cum muris fuerit machina socia-
ta / subito funibus trocleisq; de medio turricula il-
la producitur. de qua egredientes armati que alti-
or iuenitur statim capiunt ciuitatem.

¶ Quo pacto suffodiatur terra vt machina
nocere nil possit. *Cap. 20.*

Interdum longissimas ferratasq; trabes op-
ponūt machine veniēti eamq; a muri vicini-
tate propellunt. Sed cum rodiorum ciuitas oppu-
gnaretur ab hostibus et turris ambulatoria supra
muri altitudinē ac turriū ōniū pararetur mecha-
nico ingenio inuentū est tale remedium. Per noc-
tem sub fundamēta muri cuniculū fodit. et illum
locum ad quem die postero turris fuerat promo-
uēda / nullo hostium sentiēte egesta terra cauauit ī
trifecus. Qui cū rotis suis moles fuisset impulsa
atq; ad locum qui subtus cauatus fuerat peruenis-
set / tāto pōderi solo cedente subsedit. nec iūgi mu-
ris aut moueri vltorius potuit. Ita et ciuitas libe-
rata ē / et machina derelicta.

¶ De scalis sambuca exoltra et
tollenone / *Cap. 21.*

Admotis turribus fūditores lapidibus / vel
Arcubalistari sagittis / iaculatores plūbatis

ac missilibus e muris submouēt homines! hoc fac
 to scalis appositis occupant ciuitatem. sed qui sca-
 lis nitūtur frequēter periculū sustinēt/ exemplo
 cāpaneī a quo primū oppugnatio scalarum perhi-
 betur inuenta. qui tanta ui occisus ē a thebanis vt
 extinctus fulmine diceretur. Et ideo sambuca ex-
 oltra et tollēnone obsidētes in muro hostium pe-
 netrant. sambuca dicitur ad similitudinē cithare /
 Nam quemadmodum in cithara corde sunt ita in
 trabe que iuxta turrim ponitur / funes sūt qui pō-
 tem de superiore parte trocleis laxant vt descēdat
 ad murū / statimq; de turri exeūt bellatores / et per
 eam trāleūtes menia vrbis inuadunt. Exoltra dici-
 tur postq; superius exposuimus que de turri i mu-
 rū repente producitur. Tollēnon dicitur quotiēs
 vna trabes i terram prealta prefigitur / cum in sū-
 mo vertice alia transuersa trabis longior dimensa
 medietate connectitur eo libramēto vt si vnum ca-
 put depresseris aliud erigatur / in vno quoq; capi-
 te cōtibus siue tabulatis cōtextitur machina i qua
 pauci collocātur armati / tunc per funes attratto
 depressioq; alio capite leuati i ponūtur i murū;

*Capitaneus primus
 inventor scalarum*

De balistis onagris arcubalstis sustibalis
 fundis per que tormenta defenditur murus; *cap. 22*

H

Aduersum hec obsessos defendere consueuerunt baliste / onagri / scorpiones / arcubaliste / fustibali / sagittarii / funde. balista funibus et neruis tenditur que quāto prolixiora brachiola habuerit / hoc est quāto maior fuerit / tanto spicula longius emittit. Que si iuxta artē mechanicā temperetur et ab exercitatis hominibus que mensuram eius ante collegerint dirigatur penetrat quecumque percusserit Onager autem dirigit lapides / sed pro neruorum crassitudine et magnitudine saxorū pōdera iaculatur. Nam quāto amplior fuerit tanto maiora saxa fluminis more contorquet. his duobus generibus nulla tormētorum species vehēntior iuenitur. scorpiones dicebantur quas nūc manu balistas vocant. ideo sic nūcupati / quia paruis subtilibusq; spiculis inferant mortem. Fustibalos arcubalistas et fundas describere superflūū puto que presens vsus agnoscit. Saxis tamē grauiorib; per onagrū destinatis nō solū equi elidūtur et homines sed etiā hostiū machinamētā frāgūtur;

Aduersum arietes profūt cleticę / laquei / lupi / colūpnę grauiorē; *Cap. 23.*

Adūsū arietes etiā vel falces sūt plura remedia. aliq̄ti cētones et culcitrai fūib; calcāt et illis opponūt locis que cedit ariel vt ipet; machine

materia molliore fractus non destruat murum.
 Alii laqueis captos arietes per multitudinē homi-
 nū de muro in obliquū trahūt / et cū ipsis testudi-
 nibus euertunt. Plures in modū forficis dentatū
 funibus illigant ferrum quē lupū vocāt / apprehē-
 sūq; arietem / aut euertūt / aut ita suspendūt vt im-
 petū non habeant ferendi. Interdū bases colump-
 neq; marmoree que uibrato impetu iaciūtur e mu-
 ris / arietesq; confringūt. Qz si tanta vis fuerit vt
 murus arietibus perforetur / et quod sepe accidit
 decidit / salutis vna spes superest / vt destructis do-
 mibus alius intrisecus murus addatur hostesq; i-
 tra binos parietes si penetrare temptauerint peri-
 mantur;

De cuniculis per quos aut
 murus defēditur aut ciuitas penetratur; Cap. 24.

Hatq; secretum quod cuniculū vocant / a lepo-
 ribus qui cauernas sub terra fodiūt ibiq; cōdūtur
 Adhibita ergo multitudine ad spēm metallorū / i-
 quibus auri argentiq; venas bestiorū rimatur indu-
 stria / magno labore terra defoditur / cauatoq; spe-
 cu in exitium ciuitatis inferna queritur via. Que
 fraus duplicib; operatur insidiis aut enī penetrāt
 urbē et noctu nō sentientibus oppidanis egrediū-
 tur per cuniculū reseratisq; portis suorum agmē

iducūt hostesq; in ipsis domibus perimunt igno-
rantes / aut certe cum ad murorum fundamenta
peruenerit suffodiūt eorū maximā partē apposi-
tis siccoribus lignis ruināq; muri tumultuario or-
pere suspēdūt / sarmēta isuper iūgūt / aliaq; fomē-
ta flāmarū. tūc preparatis bellatōibus ī opera ignis
imittitur cōbustisq; colūpnis ligneis atq; tabu-
latis muro subito corruēte irrupcōi aditus resera-
tur;

Quid facere debeāt oppidani
si hostes irruerint ciuitatem; *Cap. 25*

Innumerabilib; declaratur exēplis sepe ce-
los adintranecionē hostes qui peruaserūt ci-
uitatē. Quod sine dubio euenit si oppidani muros
ac turres retinuerūt vel altiora occupauerit loca.
tūc enī de fenestris ac tectis omīs etas ac sex; ir-
rūpētes obruit saxis aliisq; generib; telorū quod
ne sustineāt obsidētes portas ciuitatis aperire cō-
sueuerūt / vt desināt resistere fugiēdi potestate cō-
cessa. *nota* Nccitas enim quedam virtus est / despera-
tio in occasu vnum oppidanis auxiliū est / siue per
diem / siue per noctem hostis intrauerit vt muros
turrelq; teneāt / ac loca superiora cōscēdāt. hostesq;
per vicos et plateas vndiq; obruant dimicātes.

Que sit adhibēda cautela ne hostes furtim oc-
cupent murum. *Cap. 26*

Requēter dolū excogitāt oblidētes / ac simu-
 lata desperatione lōgius abeūt. sed vbi post
 metū murorū vigiliis derelictis requieuerit incau-
 ta securitas tenebrarū ac noctis occasione captata /
 cū scalis clāculo veniūt murosq; cōscendunt. pro-
 pter quod maior ē adhibēda custodia cū hostis ab-
 cesierit et in ipsis muris ac turribus tuguriola col-
 locanda in quibus vigiles imbernis mēlibus ab i-
 bre vel frigore / estiuus defēdātur a sole. Illud quo-
 q; vsus inuenit vt acerrimos ac sagacissimos canes
 in turribus nutriāt qui aduētū hostiū odore presē-
 tiāt latratuq; testentur. anseres quoq; nō minore
 sollertia nocturnos superuētus clamoribus iudic-
 cāt. Nam ingressi capitalinā arcē galli romanū no-
 mē eruerent / nisi clamore anserū excitatus man-
 lius restitisset roma periisset. Mira diligentia siue
 fortuna viros qui vniuersum orbem erant missu
 ri subiugū auis vna seruauit;

Sege. e. attende

*Canis sagaxitas
et anserum: f*

Handwritten mark

nota.

Quādo oppidanis inferātur insidie? Cap. 27.

Non solū in obsidionibus sed in vniuerso ge-
 nere bellorū supra omnia ducitur hostiū cō-
 suetudinem explorare diligenter ac nosse. oport-
 unitas enim insidiarum aliter non potest inue-
 niri / nisi scias quibus horis aduersarius a laboris
 intencione discedat / quibus reddatur incautior.

II

Interdū de medio die / interdū ad vespērā sepe nocte / aliquādo eo tēpore quo sumitur cibus cū vtriusq; partis milites ad requiem ad curanda corpora dispergūtur. quod ī ciuitate cū ceperit fieri obsidētes astute se a prelio subtrahūt / et aduersariōrū negligentie licētiā tribuūt. Que ipsa īpunitate decreuerit repēte admotis machinis vel appositis scalis occupāt ciuitatē et iō ī muris laxa ceteraq; tormēta ponūtur ī prōptu vt ī cognitis insidiis accurrentes ad manū nō hēant quod supra caput hostiū euolāt atq; iaculātur;

¶ Quid faciāt obsidētes ne ab oppidanis patiātur insidias; *cap. 26.*

Quā negligētia iteruenerit / paribus insidiis subiācēt obsidētes. Nā siue cibo / siue sōpno fuerit occupati siue ocio aut aliqua necitate dispersi tūc oppidani repēte prorūpūt ignorantes perimūt arietes machinas ipōsq; aggeres ignib; cōcremāt / oīaq; ī perniciē suā fabricatā opera subūtūt. propter quod obsidētes vltra iactū teli fossā faciūt eāq; nō solū vallibus et sudibus / sed etiā curriculis instruūt vt erūpētibus ex ciuitate possint oblitere. quod opus luriculā vocāt / et sepe cū obsidio describitur / inuenitur ī historiis luricula vrbē eē circūdatam;

¶ Quo genere tormētōrum ciuitas defendatur; *cap. 27.*



Sed ex alto destinata missilia siue plumbate /
 vel lācee / vel rota / vel spicula / in subiectis
 vehemēcius cadunt. sagitte quoq; arcubus misse z
 laxa manibus fundis siue fustibalis dirca / quanto
 de excelsiore loco exeunt. tanto longius penetrāt!
 Baliste vero et onagri si a peritis diligentissime tē
 perentur / vniuersa precipiūt a quibus nec virtus il
 la nec munimina possūt defendere bellatores. Nā
 more fluminis quicquid percusserint! aut dissol
 uere aut irrūpere consueuerūt;

Quēadmodū mēsurā colligatur ad scalas vel
 machinas faciēdas; .xxx.

Ad capiendos muros scale vel machine plu
 rimū valent! si ea magnitudine cōpacte fu
 erint / vť altitudinem exuperent ciuitatis Mēsurā
 autem colligitur duplici modo aut enim linum te
 nue et expeditum vno capite nectitur ī sagitta que
 cum ad muri fastigia dirca peruenerit ex mensura
 lini murorum altitudo perpenditur. aut certe cū
 sol obliquus vmbra turrium murorumq; iacu
 latur ī terram / tūc ignorātibus aduersariis vmbre
 illius spaciū mēsuratur. itemq; decem pedes fi
 gitur et ūbra ipsius similiter mēsuratur. quo col
 lectio nemo dubitat ex vmbra detē pedes inueniri
 altitudinem ciuitatis cum sciatur quāta altitudo

quātum vmbre emittat in longum. Que ad oppugnādas vel defēdēdas vrbes auctores bellicarū artium prodiderūt! vel que recentior necessitatum vsus inuenit! pro publica vt arbitror vtilitate digessi illud iterū iterūq; cōmouens vt sollertissime caueatur / vt quādo potus iōpia emergat aut cibi quibus malis nulla arte succurritur. Ideoq; intra muros tāto plura condēda sunt / quāto scitur clausure tempus in obsidētū potestate consistere.

Precepta belli naualis. *Cap. 31.*

Recepto maiestatis tue iūperator iūcte terrestribus prelii rationibus absolutis! naualis belli residua vt primū opinor est portio. De cuius artibus iō pauciora dicenda sunt! quia iādudū pacato mari cum barbaris nationibus agitur terrestre certamē. Romanus autem populus pro decore et vtilitate magnitudinis sue non propter necessitatem tumultus alicuius classem parabit ex tēpore! sed ne quando necessitatem sustinent sēper habuit preparatam. Nemo enim bello lacescere aut facere audet iūriam ei regno vel populo! quē expeditū et propiū ad resistēdū medicādumq; cōgnoscit. Apud misenū igitur et rauēnam singule legiones cum classibus stabant! ne longius a tutela vrbs abcederēt / et cū ratio postulasset! sine mo-

ra / sine circuitu ad omnes mundi partes nauigio peruenirent. Nam missenatiū classis. galliam / hispanias / mauritaniam / affricā / egiptū / sardinia / atq; ciliam / habebat in proximo. Classis autem rauēnatiū / epirū / macedoniam / achayā / propōtidem / pōtū / oriētē / cretā / cyprū / petere directa nauigatiōe cōsueuerat. quia in rebus bellicis celeritas āplius solet prodelle / q̄ virtus;

Nomina iudicū qui preerāt classi; .xxxii.

Triburnis autem que ī campania stabant / prefectus classis missenatium preerat. he vero que ionio ī mari locate fuerant / ad prefectum classis rauēnatiū pertinebant. sub quibus erant deni tribuni per cōhortes singulas constituti. Singule autem liburne singulos naborcos id est quasi nauiculares habebant / qui exceptis ceteris nauitārū officijs gubernatoribus atq; remigibus et militibus exercēdis quotidianā curā et iugē exhibebant in dulsiriā. **V**nde appellētur liburne. .xxxiii.

Duerse autem prouincie quibusdam tēporibus mari plurimū potuerunt. et ideo diuersa genera nauium fuerūt. Sed augusto dimicātē actico prelio / cum liburnorū auxiliis precipue victo / fuisse anthonius / experimēto tāti certaminis parauit liburnorū naues ceteris aptiores. Ergo simi-

litudine et noīe vsurpato / ad earūdem istar classe
romani principes texuerūt. liburnia nāq; dalma-
cie pars est diadertine subiacens ciuitati. cuius ex
emplo nūc naues bellice fabricātur et appellātur
liburne;

Qua diligētia fabricētur li-
būne. Ed cū in domibus struendis arene (burne
vel lapidū qualitas requiratur / tātomagis
in fabricādis nauibus diligēter cūcta querēda sūt /
quātomaius periculū est nauē viciosam esse quā
domū. Ex cipresso igitur et pinu domestica siue sil-
uestri et abiete precipue liburna cōtextitur. vtilius
ereis clauis q̄ ferreis est cōfigēda. quāuis eni gra-
uior aliquāto videtur expēsa / tamē quia āplius du-
rat lucrū probatur afferre. Nā ferreos clauos tē-
pore et humore celeriter rubigo cōsumit. Erei au-
tē etiā in fluctibus propriā sbām seruant;

Qua obseruatōe sit cedēda materies;

Obseruādū precipue est vt a quītadecima lu-
na vsq; ad vicesimā scdām arbores precidā-
tur ex quibus liburne texende sūt. his enī tātum
octo diebus cesa materies imunis seruatur a carie
reliquis autem diebus precisa / etiā eodem anno
iterna vermiū labe exesa i puluerē vertitur. quod
ars ipsa et omniū architectorū cotidianus vsus e-
docuit et cōtēplatōe ipsius religionis agnoscimus.

quā pro eternitate his tātū diebus placuit celebra-
ri;

¶ Quo mēse cedēde sūt traves;

Quēdētur autē traves vtiliter post solstitiū esti-
uū id est post mēsem iuliū et augustū et per
autūpnale equinoctiū id ē vsq; ad kalēdas ianuarii
his nāq; mēlibus arescēte humore sicciora et iō for-
tiora sūt ligna. illud etiā cauēdū ne cōtinuo vt de-
recte fuerint traves secentur. vel statim vt secte fu-
erint mittātur ī nauē. Siquidē et adhuc solide ar-
bores etiā diuise per tabulas duplices ad maiorē
siccatē mercātur inducias. Nā que uirides com-
pingūtur! cū natiuū humorem exudauerit contra-
hūt et rimas faciūt lātiores. Quo nichil peri-
culosius est nauigātibus q̄ hiare tabulata.

¶ De modo liburnarū;

Quod ad magnitudinē pertinet mīme libur-
ne remorū habēt sigulos ordines paulo ma-
iores binos idonee mēsure! ternos vel quaternos
interdum quinos sortiūtur remigū gradus. Nec
he cuiquā enormes videantur cū ī actico prelio lō-
ge maiora referūtur cōcurrissē nauigia / vt seniorū
etiā vel vltra ordinū fuerint scaffe: tamē maiori-
b; liburnis exploratorie sociātur qui vicos pro
pe remiges in singulis partibus habebāt! qual bri-
tāni pictas vocant. Per hās et superuentus fieri

et cōmeatus aduersariorū nauū aliquādo intercipi
pi assolet et speculandi studio aduētus earū vel cō
siliū deprehēdi. Ne tamē exploratorie naues cādo
re prodātur colore veneto qui marinis ē fluctibus
similis vela figuntur et funes. Cera etiam q̄ vn
gere solent naues inficitur nau teq̄ vel milites ve
netā vestem iduūt vt nō solū per noctē / sed etiam
per diem facilius la teant exploratores.

Nomina ventorum et numerus;

Quicūq̄ exercitum armatis classibus vehit /
Turbinū signa debet ante prenoscere. procel
lis namq̄ et fluctibus liburne grauius q̄ vi hostiū
sepe perierūt. In qua parte naturalis philosophie
tota est adhibēda sollertia / que vētorū tēporūq̄ ce
lesti rōne et natura colligitur. et pro acerbitate pe
lagi sicut prouidos cautela tutatur ita negligētes
extingit incuria. Egitur ventorū numerū atq̄ vo
cabula ars nauigādi debet inspicere. Veteres autē
iuxta positōnem cardinū tātū quatuor ventos prī
cipales a singulis celi partibus flare credebāt. sed
experimēto posterior etas duodecim cōprehēdit /
horū vocabula ad submouēdā dubitationē nō so
lū greca sed etiam latina protulimus / ita vt vētis
prīcipalibz declaratis eos qui ipsis dextra leuaq̄ cō
iūcti sūt indicemus. M uerno itaq̄ solsticio id ē ab



orientali cardine sumimus exordiū. ex quo vento
 oritur id est subsolan^o huic a dex-
 tra adiūgitur Releuas siue Euroborus \mathfrak{A} sinistra
 Euro siue vulturnus Meridianū autē cardinē pos-
 sidet nothus id ē auster. huic a dextra iūgitur.

id ē thorus. occidentalem vero
 cardinē tenet. id ē subuesper-

tinus. huic a dextra iūgitur siue affric^o
 a sinistra iapix siue fauoni^o. septētrionalē

vero cardinē sortit^o ē \mathfrak{A} parrias tra-
 siue septērio cui adheret a dextra tra-

cias yac siue circ^o \mathfrak{A} sinistra id est
 aquilo. hi sepe singuli interdū duomagnis autē tē-

peltatibus et tres pariter flare cōsueuerūt horum
 impetu maria que sua sponte trāsqvillā sūt pari-

ter et quieta. undis estuātibus seuiūt. horū flatu
 pro natura tēporū vel locorū ex procellis serenitas

redditur et rursū in procellas serenata mutātur.
 Nam secūdo spiramine optatos classis iuenit por-

tus. aduerso stare vel regredi aut discrimē sustine-
 re cōpellitur. et ideo difficile naufragium pertulit

qui veotorū rōnē diligenter inspexit.
Quibus mensibus tutius nauigetur.

Sequitur mēsum dierūq tractatus. Neq es-
 nim itegro āno vis atq acerbitas maris pa-

H

titur nauigātes. sed quīdam mēses aptiffimī quīdā dubit reliqui classibus intractabiles sūt. lege natu re planete decursu id est post ortum pleradū a die sexto kalendarū ianuarium vsq; ad arturi ortum id est in diem xviii kalēdas octobris secura nauiga tio creditur quia estatis beneficio vētorū acerbitas mitigatur. Post hoc tēpus vsq; ī terciū idus nouē bris incerta nauigatio ē et discrimini prior. pro pterea quia post idus septembris oritur arturus vehemētissimū sidus. et octauo kalēdas octobris e quinoctialis euenit acerba tēpestat. circa vero no nas octobris edi pluuiales. v. idus eiusdem tauru na Nouēbris autem mēsis crebris tempestatibus nauigia cōturbat. vergiliarū hyemalis occasus. Ex die igitur tercio iduū nouēbris vsq; ī diem sex tū iduū martiarum maria clauduntur. Nam lux minima noxq; prolixa nubium diuersitas aeris ob scuritas ventorum īber. vel nubibus geminata se uitia non solum classes a pelago sed etiam cōmeā tes a trestri itinere deturbat. Post nātale vero vt ita dicam nauigationis qui solēpnī certamine pu blico quoq; spectaculo multarum vrbium celebra tur. plurimorum siderum ipsiusq; tēporis rōe vsq; in idō martias periculose maria tēptantur. Non quo negociatorum cesset industria sed quia maior



adhibēda cautela est quādo exercitus nauigat cum liburnis q̄ cū priuatarū merciū festinet audacia.

Quēadmodū tēpestatū obseruāda sint signa;

Deterea aliquorū ortus occasusq; siderū tēpestates uehemētissimas cōmouēt. In quib; licet certi dies auctorū attestatione signētur / tamē quia diuersis casibus aliquādo mutantur et quia cōfiteḃdū ē q̄ celestes causas humana cōdicio ad plēnū nosse prohibetur / ideo nautice obseruacionis curā triphariam diuidūt. Aut enim circa diem stā tutum aut ante vel postea tēpestates fieri cōpertū est. Vnde precedētes prochimazonnacētes die solēni chimazon subsequētis methacimazon greco uocabulo nūcupant. sed omnia enumerare nominatim aut ineptum uidetur aut longum cum auctores plurimi non solum mēsiū sed etiam dierum rācionem diligēter expresserint. trāsitus quoq; siderū que planetas uocant cum prescripto cursu dierum arbitrio creatoris suscipiunt signa vel deserunt / que frequēter assolent ferena turbare. Inter medios autēm dies tempestatibus plenos et nauigantibus q̄ maxime metuēdos / non solum pericie rō / sed etiam vulgi vsus intelligit.

De prenosticijs;

DUltis quoque signis ex tranquillo et sine tempe-
ratibus procelle produntur: que velut in
speculo lune orbis ostendit / rubicundus color ven-
tos. ceruleus indicat pluuias. ex utroque comixtus
nubos et furentes procellas letus orbis ac lucidus
serenitatem nauigiis repromittit: quam gestat in
vultu. Precipue si quarto ortu neque obtulis corni-
bus rutilat neque infuso fuerit humore fulcata. sol
quoque exoriens vel diem tradens intra se utrum e-
qualibus gaudeat radiis an obiecta nube varietur
rutilat ve solito splendore fulgidus aut ventis vr-
gentibus igneus neue pallidus vel pluuia sit im-
pendente maculosus. aer vero et mare ipsum nu-
biumque magnitudo vel species sollicitos instruit
nautas. aliquanta ab auiibus aliquanta significatur a
piscibus que virgilius in georgicis diuino pene com-
prehendit ingenio. et varro in libris naualibus di-
ligenter excoluit. hec gubernatores si se scire pro-
fidentur sed magis peritia usus instruit: quam al-
ma tior doctrina firmavit;

De estuariis hoc est de reumate;

Elementum pelagi tercia pars mundi est quod
preter ventorum flatum suo quoque spirat

216. 7. 16.
mine motuq; vegetatur. Nam certis horis diebus
pariter ac noctibus estu quodam (quod reuma vo-
cant) vltro citroq; percurrit et more torrentiū flu-
minū nunc exundat in terras / nunc refluit in alti-
tudinem suam. hec reciprocantis meatus ābigui-
tas cursum nauium / secūda adiuuat / retardat ad-
uersa. Et ideo que contra dimittantes dimittant ma-
gnā sunt cautione vitanda. Neq; enim auxilio re-
morum reumatis impetus vincitur. cui interdum
cedit et ventus. q̄ in aduersis regionibus diuerso
lune crescentis minuentisq; statu certis horis ista
variantur. Ideo prelium nauale gesturus / cōsue-
tudinem pelagi vt loci ante congressum debet a-
gnoscere.

De locorum noticia siue regionibus

Gubernatorum sollertia est loca ī quibus na-
uigatur portusq; cōgnoscere / vt infesta pro-
minentibus vel latētibus scopulis vadosa ac sicca
vitentur. tātum enim securitas est maior / quātum
mare altius fuerit. In nautis diligentia / in gu-
bernatoribus peritia / in remigibus virtus eligitur.
propterea quia naualis pugna trāsq; cōmitti-
tur mari. liburnarumq; moles non ventorum fla-

tibus! sed remorū pulsu aduersarios percutit ro-
stris. eorumq; rursus impetus vitat. In quo ope-
re lacerti remigum et ars clauum regentis magri
victoriam prestat.

De telis tormentisq; naualibus.

Multa quidem armorum genera preliū ter-
restre desiderat sed nauale certamen non so-
lum plūres armorum species / verum etiam ma-
chinas et tormenta flagitat tāq̃ in muris dimice-
tur et turribus. quid crudelius congressione naua-
li vbi et aquis homines perimūtur et flammis
precipua ergo esse debet tegminum cura vt cata-
fracti vel loricati galeati etiam et ocreis muniti
sint milites. de onere namq; armorum nemo po-
test conqueri qui stans pugnat in nauibꝫ. scuta ve-
ro validiora propter ictus lapidum et ampliora su-
mātur. propter falces et arpagones ahaq; naualia
genera telorū. sagittis / missilibus / fundis / fustiba-
lis / plūbatis / onagris / balistis / scorpionibus / iacu-
la iuicem diriguntur et saxa . et quod est grauius
qui de virtute presumunt admotis liburnis iniec-
tisq; pontibus in aduersariorum trāseunt naues.
ibiq; gladiis manu ad manum (vt dicitur) comi-
nus dimicant. in maioribus etiam liburnis pro-
pugnacula turreseq; constituūt / vt tāq̃ de muro /

210 4
75 17
ita de excelsioribus tabulatis facilius vulneret vel
perimāt inimicos. oleo icendiario stuppa sulphure
et bitumine obuolute et ardentis sagitte per bali-
stas in hostiarum nauium alueos infigūtur. vnc-
tasq; cera et pice vel refina tabulas tot fomētis
ignium repente succendunt. alii ferro interimūtur
et saxo. alii ardere coguntur in fluctibus. Inter tā-
ta tamen mortium genera qui acerrimus casus ē
assumūtur a piscibus et insēpulta sunt corpora;

Quemadmodum nauali bello collocentur
insidie;

AD instar autem terrestris prelii superuen-
tus fiunt ignorātibus nauticis vel circa o-
portunas insularum angustias collocantur insidie
idq; agitur vt imparati facilius deleantur. Si lon-
go remigio fatigati sunt hostium naute ! si vento
vrgentur aduerso ! si pro rostro est reuma ! si ni-
chil suspicantes dormiunt inimici et stacio quam
tenent exitum non habet. Si dimicandi optata
euenit occasio fortune beneficiisq; iungende sunt
manus / et ex oportunitate prelium conseren-
dum. Qz si cautela hostium ciuitatis insidiis pu-
blico Marte confligat ! tunc liburnarum constru-
ende etiam sint acies non directe vt in campis !

H

sed curue ad similitudinē lune ita vt productis cornibus acies media situetur vt dum aduersarii per rumpere temptauerint / ipsa ordinatione circūdati deprimātur. In cornibus autem precipuū robur liburnarum collocetur et militum.

Quid fiat cum aperto Marte bellum nauale cōmittitur;

D Reterea vtile est vt alto et libero mari Marina seper classis vtatur. inimicorū vero pelatur ad litus quia pugnādi impetum perdūt qui detrudūtur in terras. in eiusmodi certamine tria armamētōrū genera plurimū ad victoriam prodesse compertum est. **M**iseres / falces / bipennes. **M**iser dicitur cum trabes subtilis ac longa ad similitudinē antennae pēdet ī malo vtroq; capite ferrato. hunc siue a dēxtra siue a sinistra parte aduersariorum si duxerint naues pro uice arietis vī ipellūt quia bellatores hostiū siue nautas sine dubio prostermit / ac perimit / ipsamq; nauē sepius perforat. **f**alx autē dicitur acutissimū ferrū curuatū ad similitudinē falcis quod cōtis lōgiorib; iditū collatores sibi funes quib; aēna suspēditur repēte precipit. **o**laxiq; velis liburnā pigriorē et iutilem reddit. **B**ipennis est securis habens ex vtraq; parte latif-

216
 +
 IIII
 limum et acutissimū ferrū per has ī medio ardore
 pugnādi peritissimi naute vel milites cum mino-
 ribus scafulis secreto icidunt fūnes quibus aduer-
 sariorū ligata sūt gubernacula. quo facto statī ca-
 pitur tāq̄ inarmis et debilis nauis. Quid enī salu-
 tis sūperest ei quē amiseris clauū delusoriis que
 in danubio agrarias cotidianis vtātur excubiis re-
 ticēdum puto. quia artis amplius in his frequēti-
or vsus iuenit q̄ vetus dōctrina mōstrauerat;

FINIS;

Flauī uegeciū Renatī viri illustris
 comitis. epithoma Institutōrū rei
 militāris desinit feliciter;

Incipit tabula primi libri;
 Romanos oēs gētes sola armorū exercitaci-
 one vicisse. Ca. .i.
 Ex quibus regionib⁹ tirones eligēdi sūt. Ca. .ii.
 Vtrum ex agris aut ex vrbibus vtiliores sint
 tirones. Ca. .iii.
 Cuius etatis tirones probādi sūt. Ca. .iiii.
 Qua statura iuniores probādi sūt. Ca. .v.
 Ex vultū ex policōe corporis agnosci ī eligēdo
 qui meliores possint eē tirones. Ca. .vi.

- ~~III~~
- Cuius artis tirones vel eligendi sint vel respiciendi. ¶ Ca. .vii.
- Quando tirones signandi sit. ¶ Ca. .viii.
- Ad gradum militare et cursum et saltum exercendos tirones. ¶ Ca. .ix.
- Ad usum natandi exercendos tirones. ¶ Ca. .x.
- Quemadmodum ad scuta viminea vel ad palos antiqui exercebant tirones. ¶ Ca. .xi.
- Non censim sed punctim ferme docendos tirones. ¶ Ca. .xii.
- Ad armaturam docendos tirones. ¶ Ca. .xiii.
- Tirones exercendos ad missilia iactanda. ¶ Ca. .xiiii.
- Sagittis diligenter tirones instruendos. ¶ Ca. .xv.
- Ad iactandos lapides fundis exercendos tirones. ¶ Ca. .xvi.
- De exercicio plubatarum. ¶ Ca. .xvii.
- Quemadmodum ad ascendendos equos tirones exercendi sunt. ¶ Ca. .xviii.
- Ad portandum pondus exercendos tirones. ¶ Ca. .xix.
- Quo armorum genere vsi sunt antiqui. ¶ Ca. .xx.
- De munitione castrorum. ¶ Ca. .xxi.
- In qualibus locis constituenda sint castra. ¶ Ca. .xxii.
- Quali specie castra declinanda sint. ¶ Ca. .xxiii.

77

- Quo genere munienda sūt castra Ca. .xxiiii.
- Quēadmodū munienda sint castra cum hostis imineat. Ca. .xxv.
- Quemadmodū exerceantur tirones vt in acie ordines et interualla custodiant. Ca. .xxvi.
- Quātū spaciū ire vel redire debeāt vel quotiēs i mēse exerceri cū educūtur milites ābulatū. c. xxvii
- De adhortacōe rei militaris rōeque virtutis. c. xxviii

Capitula secūdi libri.

- En quot genera diuidatur res militaris. Ca. i.
- Quid inter legiones et auxilia intersit. ca. .ii
- Que causa exhauriri fecerit legiones. ca. .iii
- Quotēnas legiones antiqui ad bellum duxerunt. Ca. .iiii.
- Quēadmodū legio constituatur. .ca. .v.
- Quot cohortes in vna sint legione. ca. .vi
- Itē quot milites i vna cohorte sint. ca. .vii
- Nomina eorum qui antiquos ordines duxerunt. Ca. .viii.
- De officio prefecti legionis. .Ca. .ix.
- De officio prefecti castrorū. Ca. .x.
- De officio prefecti fabrorū. .Ca. .xi.
- De officio tribuni militum. Ca. .xii.

- H**
- De centuriis ac vexillis peditū. ¶ Ca. .xiii.
De turmis equitū legionariorū. ¶ Ca. .xiiii.
Quēadmodū legionū acies īstituātur. ¶ Ca. xv.
Quēadmodum triarii vel centuriones armen-
tur. ¶ Ca. .xvi.
Cōmissa pugna grauē armaturam stare pro
muro. ¶ Ca. xvii.
Nomina militum et gradus in scutis eorū auer-
sis scribenda. ¶ Ca. .xviii.
Preter corporis robur notarū vel cōputādi artē
in tironibus eligēdam. ¶ Ca. .xix.
Donatiui partem dimidiam debent apud signa
mīlites sequestrare seruādā ipsis. ¶ Ca. .xx.
In legione ita fieri promotores vt per omnes co-
hortes trāseāt qui promouētur. ¶ Ca. .xxi.
Quid īter tubiciēs et corniciēs et classicū inter sit
De exercitatione militū. Ca. xxiii. ¶ Ca. .xxii.
Exempla adhortationū et exercitiū militaris de
aliis artibus tracta. ¶ Ca. .xxiiii.
Enumeratio ferramētorū vel machinarum le-
gionis; ¶ Ca. .xxv.

Capitula terciū libri.

- Quis modus eē debeat exercitus. ¶ Ca. .i.
Quēadmodū sanitas gubernetur exercitus. c. ii.

- Quāta cura prouidēda sūt atq; seruāda pabu
la Ca. .iii.
- Quēadmodū oporteat prouidere ne sediciones
milites faciant. Ca. .iiii.
- Signorū militariū quāta sint genera Ca. .v.
- Quāta sit seruāda cautela cum viciniis hostibus
mouetur exercitus. Ca. .vi.
- Quēadmodū flumina que maiora sunt trāse=
antur. Ca. .vii.
- Quēadmodū castra debeant ordinari. Ca. .viii.
- Que et quāta cōsiderāda sint vt intelligatur vtrū
superuenientibus et īlidiis an publico dēat marte
confligi. Ca. .ix.
- Quid oporteat fieri si quis dissuetū a pugna exer
citū habeat vel tironē; Ca. .x.
- Que ipso die procurāda sint quo publica cōmit=
titur pugna; Ca. .xi.
- Inuestigādū quid sētīāt milites pugnatūri. ca .xii.
- Quēadmodum idoneus locus eligatur ad
pugnā. Ca. .xiii.
- Quēadmodū acies dēat ordinari vt in cōflictu red
datur iūicta. Ca. .xiiii.
- Ratio podisimi quātū spaciū in acie inter singu=
los homines in longum vel inter singulos ordi=
nes in latum debeat custodiri; Ca. .xv.

~~III~~

De equitibus ordinādis. ¶ Ca. .xvi.

De subsidiis que post acie collocētur. ¶ Ca. xvii.

In quo loco primus dux stare debeat. in quo secū-
dus/in quo tercius. ¶ Ca. .xviii.

Quibus remediis virtuti vel dolis hostiū resista-
tur ī acie. ¶ Ca. .xix.

Quot generib⁹ pugna publica omittatur et quō e-
tiā qui inferior numero ē uirib⁹ valeat optiēre. xx.

Quo genere ī itinerib⁹ sepe cōfligitur hostis .xxi

Viam abcedēdi hostibus dādā ut deleātur faci-
lius fugientes. ¶ Ca. .xxii.

Quēadmodum ab hostibus recedatur si cōsiliū
pūgne displicet. ¶ Ca. .xxiii.

Quādo tēp⁹ ē quo oportune collocātur isidie qz
aduersū fugiētes maior audacia et minor cura ē.

De camelis et catafractis et equitib⁹. c. xxv (xxiiii)

Quomodo quadrigis falcatis vel elefatis in acie
possit obfisti. ¶ Ca. .xxvi.

Quid fieri deat si vel pars fugerit vel tot⁹ exerci-
Regule bellorū generales. C. xxviii. (to. xxvii.)

¶ Capitula libri quarti.

Ciuitates aut natura aut opere debere muniri. c. i.

Nō directos sed āgulosos muros faciēdos. Ca. ii.

Quēadmodū mur⁹ e terra iūgatur adgest⁹. ca. iii

De catafractis et portis ne noceātur ab igne. c. iiii

De fossis faciendis. Ca. .v.
 Ne sagittis hostiū hoīnes ledāturi muro. ca. vi.
 Quibus modis providēdū sit ne famē patiātur
 obsessi. Ca. vii.
 Que spē preparāde sit pro defēsiōe murorū .viii
 Quid faciēdū sit si neruorū defuerit copia. ca. ix.
 Quid faciēdū ne aque iopiā patiātur obsessi. ca. x
 Quid si sales defuerint. Ca. .xi.
 Quid faciēdū cū priō ipetu veitur ad muros. .xii
 Enumeratio machinarū quibus muri oppugnā=

De aiete / falce / et testudie. ca. xiiii. (tur. xiiii.)
 De vineis De pluteis De aggere De musculis.
 De turribus. Ca. .xv.
 Quēadmodū ābulatoria turris possit icēdi. c. xvi
 Quēadmodū altitudo muris addatur. ca. xvii.
 Quo facto subfodiatur terra vt machina nocere
 nichil possit. Ca. .xviii.
 De scalis / sābuca / exostra / et tollenone. ca. xix.
 De balistis / onagris / scorpionibus / arcubalistis.
 fustibalil / fūdil / per que tormēta defēditur murus
 Mduersū arietes profūt culcitre / la= (ca. xx.
 quei / lupi / columpne. Ca. xxi.
 De cuniculis per quos aut murus deponitur aut
 ciuitas penetratur. Ca. .xxii.
 Quid facere debeant oppidani si hostes irruerit

- ~~II~~
- ciuitatem; ¶ Ca. .xxiii.
Que sit adhibēda cautela ne hostes furtim oc-
cupent murum. ¶ Ca. .xxiiii.
Quādo oppidanis īferātur īsidie. ¶ Ca. .xxv.
Quid faciant obsidētes ne ab oppidanis patian-
tur īsidias. ¶ Ca. .xxvi.
Quo genere tormētōrū ciuitas defēditur. c. xxvii
Quēadmodū mēsurā colligatur ad scalas vel ma-
chinas faciēdas ca. .xxviii.
¶ Precepta belli naualis.
Noīa iudicū qui preerāt classibus. ¶ Ca. .xxix.
Vnde appellātur liburne. ¶ Ca. .xxx.
Qua obseruatōe sit cedēda materies. ca. .xxxī
Quo mēse cedēda sit trabes. ¶ Ca. .xxxii.
De modo liburnarū. ¶ Ca. .xxxiii.
Nomina vētorū et numerus. ¶ Ca. .xxxiiii.
Quibus mēsius tutius nauigetur. ¶ Ca. .xxxv
Quēadmodū tēpestatū obseruāda sūt
De prenosticis. ca. xxxvii. (signa. ca. xxxvi
De estuariis hoc ē de reumate. ¶ Ca. .xxxviii
De locorū noticia siue regionibus. ¶ Ca. .xxxix.
De telis tormētisq; naualibus. ¶ Ca. .xl.
Quēadmodū nauali bello collocētur īsidie. ca. xli
Quid faciendū cū aperto mari bellū nauale cōmit-
titur. ¶ Ca. xlii. FINIS tabularū;